



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sapiente Fructuoso Epistolares Libri quinque

Bonifacio, Juan

Ingolstadii, 1606

Liber Secundus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51159](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51159)



EPISTOLARVM

LIBER SECVNDVS.

CVIDAM MAGISTRO.

De virtute tradenda.

CVM Legione Gemina de-
dens istuc venissem, meo
amicissime amplexatus de
stitutione puerili, deq; tradenda
tutis ratione multa rogauisses, opin-
ne omnium maiorem animo cepi
luptatem. Nam & prouinciam
stram nouo quodam, eoq; peregre
iuuentutis doctore auctam videbam
& socium atq; consortem glorio-
boris à me esse inuentum laetabar.
magistri literis, & rerum scientia ma-
tarum (nam & de hac ipsa quaestio-
responderi tibi à me velle dixisti)
ud fuerit fortasse differendi temp-
nunc de virtute pauca dicamus. C
ius facilis praecipio est, obseruatio
ad

actio difficilis. Et quidem Societas in
 iis, quæ ad externorum discipulorum
 bonos mores spectant, neque permol-
 lesta pueris est, neque puerorum pa-
 rentibus odiosa. Contenta paucis no-
 stra præceptio est, nam & pauca sunt
 satis, quæ ex multis electa, qui seruat,
 reliqua simili studio persequetur. Vi-
 tra enim progredi non solemus, quàm
 ut auerso ab insidiosa viciorum via di-
 scipulo directum ad cælum iter osten-
 damus. Principio magnâ habet vim
 ad sanctitatis amorem in. puerorum
 animis ingenerandum vita ipsa præ-
 ceptoris: estq; quasi compendiaria ad
 discipulorum virtutē via, vt talis magi-
 ster sit, quales vult esse discipulos. Ne-
 q; enim (vt ait Seneca) vlla res est, quæ *Lib. 14. E.*
 magis impellat animos ad honestatē, *pistol.*
 quæq; dubios, & ad vicia, prauitatesq;
 proclives ad virtutem, & rectam vi-
 uendi rationem traducat, & transfe-
 rat, quàm virorum consuetudo opti-
 morum. *Paulatim* (nam hæc eius ipsa
 sunt verba) *descendit in pectora, & vim*
præceptorū obtinet frequenter audiri, aspici
frequen-

frequenter: occurfus me hercle ipse sapientium iuuat, & est aliquid, quod ex magistro viro vel tacente proficias. Hæc ille. Quod re danda nostris præceptoribus operæ est, Grammaticam docentibus, ne uel quam illorum grammaticorum finis sint, quos etiam antiquitas ueritate ignara derisit, ne uel illos imitetur, quorum arrogantia testes fuimus ineptias ne pueri quidem ferre possimus. Nil enim intolerabilius in oratione, & tumore quorundam, perniciosius, quam turpis & perniciosa uita aliquorum, cuius uitæ facile uel na serpunt, quibus iuuentus inficitur. Libet antiqua magis, quam noua, uel terna potius quam nostra, id est, ethnicorum, quam Christianorum exemplum proferre: libet Marcum illum Ponticum Marcellum testificari: qui in defensione quadam (causas enim Grammaticus agebat interdum, uel tutor ultra crepidas) solœcismum in aduersario exciderat, tam acerbè, & grauius, tam stomachosè reprehensus, & tantaque in eo uel tragœdias excitauit.

Suetoni. de
illustribus
Grammat.

quàm huic vinolento & insano Grammatico puerilem institutionem Tibullius, & Claudius cōmitti debere ce-
 fuerunt. Duorum amentiam Grammaticorum, quibus Cicero in oratione pro M. Caelio visus est parū loquutus Latinè, quiq; eloquentiæ patre emendant, & corrigunt, disce ex Agellio, quem docti Agellium nominant, mendumque in vulgato esse nomine dicitant. Quibus ex historia intelligimus eruditionis, & copiæ quam esse laudem, si in moribus ista sit macula. Caueamus igitur solū graues culpas, sed minima errata fugiamus: ne qua sit, quæ doctrinæq; lumē obscuret, infuse nubecula. Et quia nos Societas sanctos esse vult, & sapientes, in quantum possumus, laboremus. Quod si peccandū in alterutro est, malè doctrinam, quàm virtutem desideremus. Quid enim magistro illo turpius, cum puer, quem per viam ducebat, cum vidisset, ac sustulisset humi iacetem, eum vehementer obiurgauit.

*Lib. 17. No
 titū Attic.
 cap. 1.*

Gram cumq; extorsit è manibus, quam cum
 Tibi proicere debuisset, vt pueri vel edaci-
 re cet tas, vel leuitas non solùm verbo, sed
 Gran etiã castigaretur exemplo, impuden-
 orati tissimè, voracissimèq; comedit. Cùm
 loqu hoc legeret in Sybariticis historiis
 patre Ælianus, facere nõ potuit, quin ride-
 ex A ret, seq; idcirco scripsisse ait, quod non
 non inuideret cæteris etiam materiam, oc-
 essen casionemq; ridendi. Quid enim tam
 histor ridiculum, quàm magistrum in ea ipsa
 dia e re peccare, quam in discipulo acriter
 us in reprehendat? Et quidem Sybaritæ
 tur n illi lingua non defuit, qua pueri auidi-
 a eti tatè argueret, virtus defuit, qua se ipse
 ua v vinceret, & gulam refrenaret. Qui in
 fusca altero ex his duobus claudicant, eos
 etas, Cyclopibus cõparare possumus, quos
 n vtr Homerus finxit vno tantũ oculo præ-
 . Quiditos: perfectus enim magister esse nõ
 malo potest, qui non excellat in vtroque.
 sider Sed virtutis dexter est oculus, scientiæ
 ius, sinister, quòd si sapientiã virtus equat,
 ebat & par est eruditioni probitas, requiri,
 i iac & desiderari nil potest. Quid enim illo
 auit præceptore melius, quid integrius, cui
 cui

Lib. 14. de
 varia hist.

LIBRARIJ
 PADERBORNENSIS
 NO. 10511 S
 NV
 12

duo sint ad videndum oculi, faciendū
 gemina manus, ambo ad ingredien-
 dum pedes, binæ nares, dentium vtrius-
 que ordo, duplex auricula. Ex quo
 etiam fiet, ut nihil moliatur, & vel
 præceptor, quin assequatur, atque in-
 petret. Socrates literatæ virtutis op-
 in 3. Tusc. nione planè formabat, & eorum fru-
 gebat animos, qui se audirent. Na-
 Alcibiadi superbissimo iuveni nihil
 hominis esse persuasit, neque quicquam
 inter Alcibiadè summo loco natum
 & quemuis baiulum interesse, quicquam
 tione Socratis sic interdum mouebatur,
 tur, ut vberimè fleret, lacryman-
 Socrati supplex esset, ut sibi virtute
 traderet, turpitudinemq; depelleret.
 Xenocrates, cuius erat vita laudabilis,
 Polemonem viciosissimū adolescentem
 tem mirabiliter immutauit. Cum enim
 Diogenes enim in illius scholam amictu amato & gra-
 Laert. de rio, id est, delicato & molli, ebrius petul-
 vitis Philo- iam, & coronatus esset ingressus, officia, c-
 sopho. Ho- tione Xenocratis sic est inflexus, ut v-
 rat. lib. 2. stibus relictis, & corporis ornatum laude
 Serm. Sa- stibus relictis, & corporis ornatum laude
 tyra 3. deposito, Xenocrati se in disciplina unct-

dederit, à quo non modò philosophari didicit, sed etiam libidinem, & cæteros animi motus refrenare. Fuit autem ex eo tempore Polemon ita industrius, & labori deditus, vt condiscipulis superatis magistro in schola successerit. Duos hosce perditos ac propè desperatos magistrorum fregit auctoritas, oratioq; permouit, quam orationem vitæ grauitas reddidit fortiorem, cum enim ad vitæ præcepta morū accedunt exempla, nil est, quod à docili discipulo magistri non impetrent, & orationis tanquàm harmonia consequantur. Cùm vinolenti adulescentes tibiaram etiam cantu, vt fit, inllere. Infracti mulieris pudicæ fores frangerent, admonuisse tibicinam, vt Spondeam caneret, Pythagoras dicitur, quod cum illa fecisset, tarditate modorum, & grauitate cantus illorum furentem petulantiam resedisse. Ego de illa musica, quæ neruorum vocumque cantibus continetur, tale quid spondere non audeam, de oratione verò, cui vitæ adimplenda sit sanctitas, multa iis similia,

K 3

quæ

*Hæc sunt
Ciceronis
serba ex
fragmentis
operū illius
vide S. August.
lib. 5. contra Iul.
Pelagian.
cap. 4. Vnde
de Boethiū,
lib. 7. de
musica c. 1.
Vide Andream
Patrium in
triticium 110*

Handwritten notes in red ink on the book's spine, including the letters 'NV' and '12'.

*ēōmenta-
vis frag-
mentorum
Ciceronis.*

quæ Pythagoras egisse narratur, mihi sancti
polliceor. Nam præceptoribus veteribus nusquam
Christianis tãto erit vis maior ad nos mus
uendum, quantum à superstitione entur
differt, discrepatque religio. Philo- garru-
phis adumbrata erant signa virtutum dus e-
nos si volumus, virtutem ipsam nam quem
ciscemur: mouebantur illi opinio talita-
Christianos vis ipsa virtutis rapit ad Gram-
illos voces inanes, magnificæque se causa-
tentia delectabant, nobis plura se tuisse
præstanda, quàm pmissenda, illis se eum
tuna dominabatur, & casus, nos tem p-
stra consilio gubernamus: nil illis fr- bente
certumque erat, quippe qui tantum p- vestig-
abilia coniectura sequerentur, nos eum
des non finit ambigere, nec in iis, q- se ipse
sunt cælitus ostensa, dubitare: à nat- signa
prisci sapientes rectè viuendi sub- milit-
petebant: nos cælestibus auxiliis in quac-
mur, spiritumque sacramentis ducim- fulen-
qui salutis hominum perennes quid præce-
fontes sunt, animique pabula, & iusti puli it-
cælestis, sine qua Deo grati esse. Nunc
possumus, alimenta. Sit ergo c- excel-
nostris magistris erudita, & liter- dibu-
san-

sanctitas, neq; si pueros docemus, minus cautè & consideratè idcirco viuamus? Omnia id ætatis pueri contuentur, omnia considerant, nullusq; garrulis, procacibusq; discipulis dandus est sermo. Sanctus ille Malachias, quem diui Bernardi historia immortalitati commendauit, cum absoluta Grammatica Philosophiæ discendæ causa cuidam se magistro dedere statuisset, quem audierat esse præclarum, eumq; procul aspexisset subula parietem pueriliter perforantem, describentemq; leuiter ac temere lineas, è vestigio recessit, regressusq; est negans eum sibi præceptorem futurum, qui se ipse non regeret, nullaq; grauitatis signa præmonstraret. Nos multi similiter obseruant, quorū est cum loquacitati, tum etiā imbecillitati consulendum. Eluceat paterna in nostris præceptoribus grauitas, quam discipuli ita diligant, vt etiam vereantur. Nunquam enim quæ sunt magna, quæ excelsa, quæ difficilia, quæ pulchra luter dibundi cōsequemur. Hæc quidem

Diuus Bernardus in Vita S. Malachias.

K 4

de ma-

de magistrorum vita dixi paulò ve rorum
 bosiùs, quòd institutionem contine feri cu
 ant vniuersam. Paucis accipe, qu tificis
 præterea dicenda restant. Essè autè xime
 nemini dubium potest, quin à casti cipit,
 mo præpotentis DEI cultu nostra rony
 inchoanda præceptio : quem discip scator
 lus diligat, obseruet, vereatur, & tim primu
 at. Mortiferi sceleris grauitatem tua, id
 verbis & rebus amplifica, teque inu socior,
 argumento quam disertissimum p siam se
 be. Seüero enim præceptoris adm comed
 nitu pestè discipulus præcauebit, non fu
 toq; peccabit rariùs, quantò timidi gente
 Christiani catechismi sedulus int precib
 pres esto, re nulla prætermisã, qua Domin
 ad agendum, vel ad credendũ nece huius a
 ria esse videatur. Romanum Pont illa vs
 ficem Christi vicarium te authore Domin
 scipulus agnoscat in terris, sacris hom illas:
 nibus & pietatem præstet, & reuer stras q
 tiam: ab illis autem, qui caremoni optim
 sanctitatesq; vexarunt, auersissim dant,
 animo sit, templa frequenter ad ea scribe
 sanctas imagines, & diuorum reliqui nium
 veneretur. Quæ pietatè fouent pu postu
 rorum

rorum animis mādari, & vt ita dicam
 feri cupio, tale est, quod de summi Pō-
 tificis autoritate cūm alibi, tūm ma-
 ximè in epistola ad Damasum, quæ in-
 cipit, quoniam vetusto S. tradit Hie-
 ronymus his verbis: *Cum successore pi-*
scatoris, & discipulo crucis loquor, ego nullū
primum nisi Christum sequens beatitudini
tuæ, id est, cathedra Petri communionē con-
focior, super illam petram edificatam Eccle-
siam scio, quicūq; extra hanc domū agnum
comederit, profanus est, si quis in arca Noë
non fuerit, peribit regnante diluuiō. Sur-
gentes ex lecto illud ex primis Ecclesie
precibus discipuli nostri pronūciant:
Domine Deus omnipotens, qui ad principiū
huius diei, & quæ sequuntur, cubantes
illa vsurpent ex vltimis: Visita quæsumus
Domine habitationē istam: preces
illas: Deus, qui corda fidelium: actiones no-
stras quæsumus Domine aspirando præueni,
optima ad rem gerēdam tela esse cre-
dant, eaq; tuis discipulis vtenda præ-
scribe. Castitatem à bonorum om-
nium perenni fonte DEO illis verbis
postulet adolescens: Vre igne S. Spiritus:
 K 5 nosti

nostri cætera: hymnum *Auemaris* oribus
 la: nostri decantent, illud subinde sciend
 rantes: *Virgo singularis, inter omnes tibus*
tis, nos culpis solutos, mites fac & castos: it, int
 huiusmodi pugnis pueri se cruce *Elifer*
 signent, cuius remedij quanta sit & os c
 ex diuo Hieronymo, Cyrilloq; *Hie* plexu
 solymitano cognoset. Qui *Cym* nis ha
 Catechesi quarta de cruce sic loquitur in gra
Signa te cruce in fronte, ut demones or telq; t
signum videntes trementes procul fugi suauic
fac autem hoc signum & manducans, & sum.
bens, & sedens, & stans, & loquens, & cet, ex
bulans, in summa in omni tuo negocio. sed vo
 ille. Confessionis amicissimi di & co
 puli sint, quæ si videbitur amarior, existi
 cro sanctæ Eucharistiæ dulcedine co madu
 diatur. Ut enim ad fauos mellis haber
 medios apum aculeos pergitur, dem f
 ad sacræ mensæ suauitatem viam m dixit
 nit confessionis infulsitas, illius ino animi
 confessionis, quæ nec inuoluta est, sariun
 manca, nec doloris expers. Est aut ex cin
 ille sacerdos quærendus ex nostris, signe,
 mortuos pueros reuocare possit ad tur ad
 tam, *Componens manibusq; manus,* qua V

*In epistola
 ad Helio-
 dorum.*

*Vide Ter-
 tullianum
 lib. de coro-
 na militis.*

*D. etiam
 Chrysto-
 mus de hoc
 ipso graui-
 ter disputat
 in lib. ad-
 uersus Gæ-
 tiles.*

*Ephrēdis
 senus lib. de
 pœnitē. c. 3.
 huius sa-
 lutiferi si-
 gni bona
 luculento
 sermone
 persequi-
 tur.*

aris oribus ora. Qui enim facit, quæ aliis fa-
 cienda præscribit, quiq; verecundan-
 nes tibus pueris, ac timidis quasi voce præ-
 stos: it, interrogati unculisq; succurrit, is
 ce Elisei exemplo manus manibus aptat,
 a sit & os ori coniungit: quo salutari com-
 Hieplexu pueri reuiuiscunt. Confessio-
 Cyrilin hanc esse vim, vt nos apud Deum
 quic in gratia ponat, medeatur animis, me-
 es en telq; tranquillet, eamq; quotidie fieri
 fugi suauiolem, pueris esse debet persua-
 s, & sum. Nil in hoc genere coactum pla-
 cet, extortum, violentum, acerbum,
 cio. sed voluntarium, liberum, maturum,
 i di & coctum. Quàm autem salutare sit
 rior, existimare DEVM omnia cernere, ani-
 ne o ma uertere, contueri, eumq; vt est, sic
 ellis habere præsentem, ne Thaletem qui-
 us, dem fugiebat, qui Cicerone teste eos
 am m dixit fore castiores, quorum hæc in
 s in animis opinio penitus infedisset. Ro-
 est, sarium, vt vocant, cuiq; adolescentulo
 t aut ex cingulo pendere cupio pietatis in-
 tris, signe, sed ita vt à primo calculo venia-
 tur ad vltimum. Neque vlla sit dies,
 qua Virgini & matri orationis Domi-
 nicæ,

Reg. 4. c. 4

Lib. 2. de
legib.

nicæ, & salutationis Angelicæ perusini
 non offerantur, aut de eadem Virginitatis
 & matre preces horariæ recitentur. Ro-
 Sit cuiq; puero liber Hispanus, diu egregius
 & pius, quem legat. Rei diuinæ ostola,
 bus singulis more, institutoq; nolite de-
 rum Christianus puer venerabundus P-
 interfit. Parentes honorare conuicticia
 cant, neque eorum humilitatem etuna,
 bescere, summiq; Pontificis Benedictan-
 cti vndecimi narretur exemplum, superbi-
 natus infimo genere matrè, precifamili-
 veste exornatam Perusinis honorem d-
 cè eam deducuntibus, & coram eadmo-
 Pontifice sistentibus finxit se non mores
 noscere, matrem enim non esse turpiu-
 mariam, & nobilem foeminam quide-
 cebat, sed modica & tenui veste illa de-
 solitam, vt quæ aduersus inopiam quam
 gnare consueffet, quo audito deperit & ad
 ta serici operis, resumptaque ignoscit, leg-
 veste ad filium, patremq; rediit, ad urbem
 confestim occurrens amplexusq; matrem,
 verò inquit mihi charissima est pariter
 ingentiq; gaudio acceptam honorificet,
 cè habuit: ac deinceps non modo daretur
 rufin

*Ex Lean-
 dro Bene-
 nensi.*

cae rufinis, qui id viderant, sed vicinis re-
 Virginitatibusq; populis gratissimus fuit. Ex-
 enturati Romani Pontificis Clementis IV.
 , de egregia quaedam ad suos cognatos epi-
 nae stola, qua vetat eos alio esse vultu, alio
 nosti necedere vestitu: neque enim mode-
 bundus Pontifex suos propinquos inani
 conlatitia efferri cupiebat, & à veteri for-
 emetuna, & conditione recedere. Hæc
 Benedictanda sunt pueris, & contra fastum
 um, superbiamq; tradenda. Viciosorum
 precum familiaritates, atq; congressus te non
 onomodò severo, sed etiam sempiterno
 m ad monitorem defugiât: nihil enim tam
 non mores deprauat, atq; corrumpit, quàm
 esse turpium consuetudo sociorum. Me-
 nam quidem Valentiniani Imperatoris lex
 veste illa delectat de studiis vrbis Romæ,
 iam quam inter bellicos tumultus sanxit,
 de & ad Olybrium vrbis præfectum mi-
 gnoscit, legis ea erat sententia, vt eorum, qui
 liit, ad urbem discendi causa venissent, pa-
 sç; patriam, parentes, mores, & merita ma-
 st patris cognosceret, hospitia etiam
 onosciret, & cui quisq; disciplinae operam
 odò daret. Quin etiam vigilare huiusmo-
 di ma-

di magistratus lex iubet, & prouide part
 vt *singuli eorum* (nam hæc eius sunt *lis, quæ*
ba) *tales se in conuentibus præbeant, specta*
les esse debent. Qui turpem inhonestam
famam, & consociationes, quas proximitas
esse putamus criminibus, astiment fugibilem
das. Ne uè spectacula frequentius ad molium
aut appetant vulgo impetiua cõuiuia, homin
etiam tribuimus potestatem, vt si quis nones a
non ita in vrbe se gesserit, quemadmodum
liberalium artium dignitas postulat, patorum
cè verberibus affectus, statimq; nauigales d
perpositus abiiciatur vrbe, domum colloca
deat. Hæc Valentinianus. Quæ itamen
bias pater Tobia filio præcepit notans a
adolescentibus cupio esse notissimè, at
Se vt puer exploret, obseruet, ex illis no
net, suadeto: poëtæque de hac ipse & colle
versus esse debent in promptu. Macupiu
mè autem adolescentibus profundi discipu
secreta, & amica cum iis, apud quos o
confiteri peccata solent, extra cõpã resp
sionem de virtute colloquia. Male exin
stri ad huiusmodi sermones illos ando, c
mittant, qui vt admitterentur, labant latic
runt, festaq; lucis, & diei nõ occupant
franci

Apud Sigo-
nium lib. 7.
de imperio
Occidentali.

Cap. 4.

Non prius
in dulcè de-
clinat lu-
mina som-
num: Om-
nia quam
longi repu-
tauerit a-
cta diei.

quide particulam cum illis ponant discipu-
 unt, quos viderint aptiores: idq; vnum
 spectabunt, vt discipuli morbis & vul-
 neribus medeantur: eumq; Deo, pa-
 rorentibus, & propinquis reddant ama-
 fugibilem. Detur opera, vt qui maiora
 s ad- moliantur Deo potius authore, quàm
 uia, hominibus suasoribus in eas cogitati-
 quis ones adducti esse videantur. Frustra
 d- enim iacitur rete ante oculos penna-
 t, p- torum, nec adulterinæ plantæ altas ra-
 au- dices dabunt, stabileq; fundamentum
 um collocabunt. Videri quidem, non
 u- tamen audiri magister debet hæc tra-
 t- notans arcana cum suis: neque se ita ab-
 i- ssumdet, atque occultabit, vt prospectare
 ex- illos non possit, qui similis congressus,
 c- p- & colloquij tempus, & locum obire
 i. Macipiunt. De vita perfecta sectanda
 s- sum discipulis nisi rogatus, consultusq; nil
 d- d- dicat omnino, rogatus & vera & pau-
 con- ca respondeat: de viciorum remediis,
 . Ma- de eximendis scrupulis, de ocio fugi-
 illos- endo, deq; studiorum ratione campus
 lab- est latior. Hæc de virtute tradenda
 occu- p- francisce collegimus, tuum erit eligere
 pa- melio-

Proverb. 7.

Sapient. 4.

M
 H
 R
 N
 L

meliora. De exemplis aliàs scribam
te, quod monetæ genus à me tibi
enumerari, vel expendi, velle te
Vale: discipulisq; & auditoribus
plurimam salutem à me.

EIDEM DE COMMEMORAN
dis exemplis.

*Deq; iis omnibus, quæ discipulorum
ad virtutem excitare solent.*

HISTORIAM vitæ esse m
stram nemo doctus igno
cuius narratio discipulo
permouet animos: vitæq; sanctor
quas Aloysius Lippomanus, Lau
tiusq; Surius diligentissimè, ac fru
osissimè collegerunt, commodiss
exempla suppeditant. Ex quib
la esse prima debent, quæ ad liter
studiosos pertinere videbuntur.
ius generis illa sunt, quæ ab opt
scriptoribus accepta idem Surius
dit de Hermanno viro sanctissimo
propter incensum studium erga
parentē Iosephus est appellatus:

*De vitis
Sanctorum
mensis A-
prilis.*

onim Virgo virginum sibi non inuita
respondit. Erat Hermano mira vir-
ginitas, animi magna demissio, arden-
tissima charitas, & omnium virtutum
comitatus. Sanctitatis hæc fuere prin-
cipia, quæ dicam. Literis puerulus
operam dabat, quas vt celerius arriperet,
Virginem sibi colendam, aman-
dam, & toto, vt aiunt, pectore comple-
ctendam est arbitratus. Ergò quod
ab studiis literarum vacuum tempus
habebat, in contemplanda Mariæ vir-
ginis quadam imagine consumebat:
neque de sociorum & condiscipulo-
rum ludis laborabat. Sic autem sim-
plex, sincerusque erat, vt cum muta
matris & filij, tacitaque imagine loque-
retur: daretque quidquid vel panis, vel
pomorum haberet, ipsaque sanctissimæ
matris effigies visa est aliquando ma-
num tendere, ac dilatare, & Hermani
pueri munusculum, quod dabatur, ac-
cipere. Et cum longè iam esset in vir-
tute progressus, illa eadem benignissi-
ma Dei mater, ad cuius imaginem, &
simulacrum tam frequenter Hermanus
L astabat,

astabat, illi se ostendit, pecuniâq; ma
cum, qua inopiam subleuaret, ind teris
uit, ad quem cùm accessisset, nu tun
mosq; inuentos accepisset, calce ne
quibus carebat, emit, calamos etia obfo
atramentum, & chartam. Ege est e
enim Hermani Parentes, illaq; sup cia d
ditare non poterant, sine quibus lit pen
iacent. Pòst ad tantam & sanctita greg
& sapientiæ cœlestis altitudinem, quin
sitatemq; peruenit, vt Virginis spo sima
sus fieret, nouusq; diceretur esse lo dum
phus. Hæc & similia ex probatis cata f
thoribus sumpta discipulis te die fierer
festis adeuntibus memoriter, & iudem
dè narrabis: vt Virginem & matrem i
honorare, atque ad vitæ finem amfratre
perseuerent, quæ larga, benigna, mrens,
ricors, memor, & grata, nō animis uator
lùm, sed corporibus etiam mederariis c
succurrere consuevit. Cum veteribus
historiis nouas, recentesq; coniu omp
quæ quò plus authoritatis habent, & qua
maiorē afferunt spem omnia illis pntem
spere euentura, qui se immortalifest
præpotenti Deo, eiusq; sanctissim per
ma

matrī deuouerint. Quæ ergò ex iis li-
 teris, quas ad nos nostri quotañis mit-
 tunt, ad fouendam pietatem perti-
 nent, ea nostris discipulis ignota, &
 obscura esse non debent. Tale illud
 est ex literis annuis Austricæ prouin-
 ciæ de collegio Gręcensi: quod iisdem
 penè verbis exponam. In sacello con-
 gregationis quidam puer annos natus
 quindecim septem psalmos, & beatif-
 simæ Virginis coronã recitabat, quod
 dum ille ardēti affectu faceret, & pec-
 cata sua cum intimo cordis dolore de-
 scriberet, atq; à Domino veniam eorun-
 dem humiliter postularet, firmiter vi-
 tam in melius emendare statuens, seq;
 fratrem congregationis fore promit-
 tens, ecce Christum Dominum & Sal-
 uatorem nostrum in dextro cornu al-
 taris corona spinea redimitum, & ma-
 nibus in modum crucis ante pectus
 complicatis sese paulatim inclinantē,
 & quasi cum ipsis orare vellet, insinu-
 ante de repente conspicatur: & ma-
 nifestè videt. Qua ex re puer vehemē-
 ter perterritus in collum socij iuxta se

*Hic nō erat
 ex congrega-
 tione, sed
 cum illis o-
 rabat, qui
 erant ex so-
 dalitate,
 quam illi
 vocant S.
 Spiritus.
 Fert & se-
 os fructus
 sodalitas
 Des matris
 in collegio
 Bransber-
 gensi, cuius
 sodalitatis
 fama per-
 motus Sue-
 cæ Regis fi-
 lius pius, ac
 Catholicus
 adolescens
 quatuor*

L 2 oran-



UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN

*parere na-
sus hereti-
co, literas
ad eam de-
dit, et sibi
in sodalitiis
numero ef-
se liceret,
quod et ra-
rum admo-
dum est, ita
ad exemplū
maxime
profuit.*

*Ex literis
annuis pro-
vincia Po-
lonia anni
1584. scri-
ptore Nico-
lao Orlan-
dino.*

orantis corruit, omnes inclamans, fimo
 ipsi quoq; viderent, quod cum sec est q
 to Dei consilio, ipsis negatum esse diat.
 timore correpti rursus puerum erig om
 rent, cōuersus puer iterum Christo no
 intuetur, paulatim sese erigentem ab in
 quasi quædam amoris signa edente xisse
 qui modica interueniente mora mise
 dem ab oculis planè disparuit, hanc ecla
 sionem omnes qui aderant vel in nefa
 quo occupabantur religionis sen lent
 minimè vulgarem fuisse testari sol cher
 Hæc literæ, quæ etsi magna, credib go r
 tamen sunt, redamat enim Chri scela
 eos omnes, à quibus amatur ex rat, p
 mo. Quiq; à teneris (vt aiunt) vnt exte
 culis se totos pietati dedunt, qui & salu
 farium recitant, & rosarum can nem
 rem & ruborem præ se ferunt. (Inc
 sequuntur ex literis anniuersariis quo
 euntis solis Indiæ, quam Peru dicim desp
 Latinis verbis in eundem finem arde
 ponemus. Est qui noctem oret to sent
 si die postero diuinam sit hostiam dan
 cepturus: peruigilationemque ipfa
 Christianam nouus Dei cultor san tude

nans, fimo altaris Sacramento præmuniat: est qui octona sacra diebus singulis au-
 m sec est qui octona sacra diebus singulis au-
 a esse diat, quidam plagas accepit, Dei que
 m erig omnipotentis iussu cæsus grauitè est,
 Christ nocte se illi per visum ostendentis, q
 ntem ab instituto vitæ honestæ cursu defle-
 dente xisset. Fuit qui graue scelus, quod ad-
 ora t miserat, diu sacerdotem præ pudore
 e, hanc cælans sacrosancta confessionis iura
 vel in nefaria simulatione, turpissimoq; si-
 is sen lentio violaret: huic dormienti pul-
 ri sole cherrima (vt ipsemet aiebat) se se Vir-
 redib go monstrauit, vtq; flagitium, quod
 Chru sceleratissimè, mendacissimèq; tacue-
 ur ex rat, primo quoque tempore fateretur,
 t) vng extorsit, seuerissimèq; admonuit, vt si
 qui & saluus esse vellet, de integro confessio-
 n can nem ordiretur. Iuuenis item Indus
 ut. (Indorum enim facta persequimur,
 sariis quos multi falso insimulât, nequiterq;
 dicim despiciunt) castitatis tenax libidinis
 inem ardentissimis facibus inflammari se &
 ret co sentiens, & lugens, quas partim caco-
 stiam dæmones impuritatis artifices, partim
 que ipsa subdebat occasio, precatus iden-
 or san tidem ab immortalis Deo, virtutumq;

*Neophyto-
 rum illius
 regionis
 hec omnis
 laus est.*

custode, vt imminens pudori atq; in
nocentiæ discrimen vel morte ipsa
ceret effugere, non illa quidem in
luntaria, sed naturali, & necessaria,
quanto post sacris omnibus ritè pro
curatis, à Deo, qui preces audierit
tempestiua morte vocatus è vita, è
vitæ huius miseris excessit. Alii
eiusdem nationis, & gentis, cum
oppidum, quod sancti Sebastia
nuncupant, trium itinere dierum
sco distans venisset puer, in eoq; con
moratus aliquandiu esset, in morbu
incidit, cuius vi oppressus, vel pla
interiit, vel inusitato quodam som
arreptus ipsam mortis imaginem
duit. Nam qui aderant, extinctum
mortuumque arbitrati ad sepultura
immobile corpus infuerunt. Dum
funeri necessaria comparantur, sod
litates coguntur, & clerus accersitur
adolescentis huius animæ vel è corpo
re, vt ipse semper aiebat, emissæ, v
adhuc in corpus inclusæ, cuius rei
ritatem exquirere nostrum non
soli cognitam Deo, duæ ostensæ sunt

atq; viz aditu, progressionem, ac termino
 differentes: nam post alterius finem
 inferorum vidit cruciatus, sed illo al-
 tero itinere confecto cœlestem Hie-
 rosolymam aspexit bonis omnibus &
 copiis affluentem: in hanc ingredi
 parantem à sene quodam prohibitum
 se esse dixit negante in ea templa adi-
 tum patere illis posse, qui admissa sce-
 lera confessionis Sacramento non ex-
 piassent. Hæc audientem peccata
 fusis lachrymis, quorum sibi ipse con-
 sciens erat, aperuisse, tùm in cœli tem-
 pla intromissum, & IESVM CHRIS-
 TVM omnia sua luce complementem
 suppliciter adorasse: mansionem in
 illis beatissimis sedibus postulanti fo-
 re, vt breui in illum locum rediret,
 æternisq; deliciis sine intermissio-
 ne frueretur, esse responsum: hic
 Angelum corpori animum reddidit
 se, syndone constrictum clamorem
 edidisse, qui corpus circumstabant,
 exterritos, & expauefactos diffugif-
 se, vnum animosiores, ac fortiores
 cum se ex metu collegisset, cultro

funebre linum incidisse, iuuenem rant
 modò viuum, sed sanum etiam, & dicitu
 nè valentem reperisse, cæteros ex ra di
 ga retractos ad inauditum, & inuic mer
 spectaculū concurrisse, quæ videre rem
 ac cernerent, vix credere potuisse peric
 adolescentem, vbi iam reuixisset, ti tur
 cædotem accersisse, cui credo, pecc atter
 ta confiteretur, & visa narraret. Magna e
 verò dubitat cuncta illa ciuitas loc cios e
 nem Boccahingam (hoc enim h lo ve
 nomen erat) aut à mortuis extit nene
 aut res admirandas, & viuentibus ferias
 accessas viuū, & corporis sarcinag bis c
 uem Dei voluntate, fauoreque præ catec
 puo præuidisse. Ab hoc die Boc tes in
 hinga alio esse & animo cœpit & nitar
 tu, nilq; nec dicit, nec facit (sic eni tauro
 accepimus) cœlestibus illis visis, pndum
 digiisq; non dignum. Cùm enim a ciona
 quot annis post, in eas angustias dedisti cr
 ctus esset, vt vel mori, vel mortifer tanqu
 culpam cõmittere cogeretur, fauicance
 grauiter maluit, quàm Dei summi statu
 gem violare. In cuius rei argum cione
 tum aduerso in corpore vulnerum cum i

rant cicatrices. Mirabile illud præiu-
 m, & dicitur prudētioribus, mi pater, nar-
 os ex tra discipulis, hoc verò de acceptis vul-
 inuis neribus, quod est in narratione post-
 idere remum, cunctis exponito. Ut facere
 otuiffe periculose, quàm vel agere, vel perpe-
 isset, titurpiter malint. Historiam aliam
 o, peccat attende, quæ tuis mihi esse videtur di-
 et. Magna discipulis, quos festis diebus so-
 ras locos & comites habes in fidei Symbo-
 im in lo vel cantando, vel oppidanis expo-
 extitit nendo. Statæ solennesq; agebantur
 tibus feriæ, nostræq; Societatis homines vr-
 cinag bis cuiusdam in eadem India plateas
 e præ catechismi cantu de more complen-
 e. Boco tes in circum venerant, vbi plebis infi-
 it & vnitam multitudinē offenderunt, quæ
 fic eni taurorum venationes expectabat. Illi
 sis, pndum spectaculi tempus appeteret, cõ-
 nimacionari cõstituunt, & auditores Chri-
 as deo sti cruci infixi præferenda imagine
 tiferatquam ad signum euocare. Indi
 fauci cancellis relictis, in quibus tauros spe-
 m mactaturi constiterant, ad audiendã con-
 gumacionem vndiq; conuolant, quos equi-
 rum etum incurfus propellere minimè po-
 tuerunt,

L 5

tuerunt,

tuerunt, nec tauri vnus cuncta reperiuntur
 te perturbantis timor absterruit, quod cruci
 erat scienter immissus, vt nostrorum ocul
 consilia frangerentur. Pergit horum tem
 nes pater hortari, nec deseritur a feris
 rona, in quam taurus ter impetum Has
 facere aggressus, ter medio stetit ranti
 cursu, cumque vnus lancea duram etiam
 xat spacio disiunctus esset, concidunt
 nem contueri, quam proterere non disce
 luit, & cornibus disturbare. Hoc admi
 noster ille concionatus latus recepit risia
 atque hilaris & quod cognita, & quod arcer
 si pleno theatro spectata Indorum nus o
 pietas esset, & obedientiae vis eludon
 set, cui taurus cessisse videbatur. Nisi fatig
 enim Indorum oppositus concionator eisq;
 tori profuissent, nisi caelitus esset. Dom
 iutus; taurique diuina vi repressus quam
 ror, qui illo ipso in loco, vbi habitant ranti
 cio est, duos postea alterum Aethiopicil
 pem, Hispanum alterum vulnerauit. Sole
 Moschi Graeculorum errore delictum Cum
 quippe quem cum ipso lacte succipituri
 tamen sacras imagines summa cum ferian
 neratione suscipiunt, vt ex nostris &

rum literis, librisque didicimus, sed
uit, cruci tantus honor est, ut quocunque
stron oculi inciderint, in compitis, foribus,
it hon templorumque fastigiis huius saluti-
tur a feri vexilli multa signa cernantur.
mpet. Has crucis imagines eminus illi vene-
stetir antur caput demittentes. Cominus
e dum etiam ex equis adorandi causa descen-
conco dunt, quin etiam omnibus rebus agere
ere n dis crucis signum præmittunt, itaque
Hor adnimaduersum est à nostris dū Sta-
rece rixæ versarentur, fabros murarios, qui
, & arcem construebant, non ante ma-
ndom nus operi admouere solitos, quàm sese
is elu ad omnes cruces, quæ in templorum
ur. fastigiis constitutæ erant, cõuertissent,
oncio eisq; legitimum cultum adhibuissent.
esset. Domum ingredientiem crucem, vel ali-
cessus quam sacram imaginem primum vene-
abira rantur, quas imagines in omnibus do-
Eth miciliis loco honestissimo collocare
erau soleñe est, deinde domesticos salutāt.
e de Cum autem sacrã Eucharistiam sum-
suxer turi sunt, secundã, quartã, sextamq;
cum feriam sine vlllo cibo transigunt, ter-
e. no tia & quinta semel cibum capiunt,
pecca-

peccataq; sacerdoti confessi sabbat
 demum die Christi corpus suscipi
 Et de annuis quidem literis haec
 Licebit etiam ex libris, qui existim
 tur bene latini, quaedam vel mor
 bus respersa praecipis, vel historis
 ferta salubribus indicare discipulis
 digitos in fontes intendere. T
 nonnullae sunt Pauli Manutij epist
 & quaedam ex libris Hieronymi
 rij Syluensis Episcopi, praesertim
 quinto de sapientia, in quo multa
 uenies, quae iuuenes inflammare
 sint. Historia verò de quodam
 breo ad nostram fidem conuerso,
 ibidem legitur, aureis esset literis
 randa. Ludi vituperationem au
 ocij hoc ipso authore pueri legant
 que perdiscant. Mihi enim Aug
 Caesaris factum valde approbatur,
 vt Suetonius scribit, in euoluendi
 triusq; linguae authoribus nil aequi
 ctabatur, quam praecipia, & ex
 publicè, vel priuatim salubria, ea
 verbu excerpta, aut ad domesticos
 ad exercituum, prouinciarumque
 etc

*Lib. 7. de
 instit. regis.*

*In ipsis
 Augusti
 vita.*

abbat
cipi
acten
istim
I mor
toris
ipulis
b. Te
epist
vni
ertim
nulta
nare
dam
erfo
teris
em ar
egant
Aug
atur
tendi
æque
exer
a, ear
sticos
mque
cto

ctores, aut ad vrbis magistratus ple-
rumq; mittebat, prout quiq; monitio-
ne indigeret. Sed si tibi aliquis erit Le-
pta suauissimus, mone, vt ex hymnis
Dauidicis, & ex Salomonis libris bene
viuendi præcepta condiscat. Prouer-
biorum caput quintum, vsque ad illa
verba: *In medio Ecclesia, & Synagoga,*
in memoria firmiter hæreat: ex Sa-
lomonis oratione verba illa, tuus
idem Lepta decantet: *Da mihi sedium
tuarum a sinistra sapientiam, & noli me
reprobare à pueris tuis.* Ex poëtarum ri-
uulis, (nam fontes hi sunt, quos ape-
rui) quædam gustanda magis, quàm
potanda demōstra. Admonitio enim
grauis & serua vno, aut Virgilij, aut Ho-
ratij, aut Senecæ versu comprehensa
delectat & mouet.

*Improbe amor quid non mortalia pectora
cogis?*

Ænei. 4.

*Sperne voluptates, nocet empta dolore vo-
luptas,*

*Horat. 2.
lib. epistol.*

Non est ad astra mollis è terris via.

*Seneca in.
Hercule fu.*

*Dimidiati versus integra sententia per-
bella est, Facilis descensus Auerni.*

Ænei. 6.

Similis

*Nostri Frã-
cisci Costeri
Christia-
nas institu-
tiones Chri-
stianus pu-
er diligēter
euoluat.*

LIBRARIJ
P. P. P.
N. V.
12

Similis esse debet in Cicerone
 lectus, qui vt benè dicendi magis
 est optimus, sic benè viuendi non
 eptus. Sed firmissima subsidia
 tutis ab altaris diuinissimo illo sacri-
 cio, & precandi assiduitate peten-
 sunt. Nostra enim victima Christi
 est, quam pro nobis, nostrisq; discipulis
 immolare quotidie debemus, illius
 exemplo, qui pro peccatis filiorū dicens
 bus singulis sacrificium offerebat, *est intus*
 est dubitandum, quin preces assidue
 multum polleant, gemitusq; & nibus
 chrymæ magistrorū maximè profingelis,
 Quid enim diuæ Monicæ de suo Altor, p
 gustino sollicitæ, moereti, anxia, quonconci
 quotidie ploranti Sabinianus respecatoru
 derit, te minimè fugit. Vale, & vtranda
 auditores tuos meo nomine salute corpo
 iusseris, eorum auriculis Salomon adiu
 præceptum illud instillabis, quo micitur
 net, vt Creatoris nostri memores que si
 mus in diebus adolescentiæ, ante
 quam veniat tempus afflictionis qui se
 & anni difficiles appropinquent.
 nient
 nis at

Tob. 1. cap.

Ecclesi. 12.

PATRI PETRO ALVARADO.

De sanctissimæ virginis amandis sodalitatibus, & religiosissimè frequentandis.

P RIME sibi rebusq; suis consulunt Petre charissime, qui se sanctissimæ Virgini, & Dei patris penitus, totosq; tradunt, eiusque intimos præbent amatores. Nam quæ se ubique matrem præstat hominibus, quæque cælitibus ipsis siue Angelis, siue humanis animis longè melior, puriorque est, eam ad gratiæ reconciliationem, ad viciorum, & peccatorum nostrorum veniam impetrandam, ad vitæ subsidia, ad animi, corporisque salutem interpretem, & adiutricem adhibemus. Ex quo efficitur, ut nemo felix, fortunatusque sit, sine Virginis patrocinio, & illis ad voluntatem fluant, qui se in beatissimæ matris sinu, & fidem iam inde à primis ætatis temporibus contulerunt.

Nam

Nam si vllus in terris pudor est, si
 vitæ integritas, si candor, si virginis
 in illis profecto est, quorum in me
 tibus hæc Virginis hæret religio, quæ
 Dei matrem intimis animi sensibus
 mant, cœlestemq; reginam omni
 tatis officio colunt, obseruant, ve
 rantur. Quare Societas multorum
 filiorum, vt eorum, quos in virtutibus
 literis tam diligenter instituit, quæ
 die maiores in vtroque progressus
 rent, Sodalitates Virginis confis
 endas esse censuit, quas optimi qui
 coirent, & summa cum laude frequen
 tarent. Qui enim loci huius auri
 ritatem contigit, quiq; in sodalitate
 relatus est numerum, quod non
 delectu fit, ei Christi mater præcipue
 quadam religione prosequenda
 literata virtus non oscitanter am
 ctenda, atque ita mores institui
 di, vt facile possit internosci. Hæc
 dalitates ex Italia, vbi primùm
 me mens fallit, constitutæ sunt, in
 stram Castellæ prouinciam pri
 inuexisti, earumque leges doc

Festis diebus in eum locum sodales,
 fratresque conueniunt, quem ad hu-
 iusmodi cœtus sociãdos collegiorum
 rector destinauit. In eo Virgini erecta
 ara est, & multa parietibus religionis
 argumenta cernuntur affixa: plurimi
 etiam sunt in propatulo versus indi-
 ces ingenij, testes pietatis. Visenda
 undique pictura collucet, que moue-
 re oculos possit, & religionis studium
 excitare. Discunt adolescentes in hoc
 virtutis, sanctitatisque gymnasio con-
 gregationis, & sodalitij præfecto illo,
 & moderatore creando, qui omnium
 videatur esse dignissimus, gratiæ causa
 nil facere, virtuti, non potentiæ suffra-
 gari: ipse autem præfectus *ante annos a-*
numumq; gerens, curamq; virilem, dum le-
 uiora cum cõsiliariis illis cõmunicat,
 quos sibi sodalitas dedit, q̄ item incor-
 ruptis suffragiis eliguntur, ardua quæ-
 que ad eum patrem refert ex nostris,
 cui sodalitas ipsa curæ est, & libenter
 obedire, & sapiëter impare condiscit,
 estq; huiusmodi præfectura, vt de Cy-
 clo Græcis, de Romulo Latinis histori-

M is pro-

Æneid. 9.

is proditum est, deq; Septimio Seueri Ep
 Spartianus tradit, rerū prolusio ma
 marū. Hi enim summos illos prin
 patus, quos sunt adepti, puerilibus
 diis porrenderūt. Notus est Athana
 ferius ille ludus & sanctus, nam
 cum sui equales festo quodam die
 litore maris colludentes episcopi
 creassent, & ad eum alios quosdā
 rulos nōdum baptizatos adduxisse
 eosq; Athanasius more, instituto
 Christiano sacrum in fontem immu
 sisset, Alexander Episcopus ludu
 ctator cū egrē principio tulisset, ex
 catiq; ad se pueris rem totam
 nouisset, & explorasset, pueros illos
 tē baptizatos esse affirmavit, sed
 tamen adhibenda censuit, que
 obiri sacerdotibus oporteret. Ne
 est dissimile, quod de S. Ambrosio
 Mediolanensi antistite S. Pauli
 Episcopus Nolanus scribit, cum
 huc puerulum suis sororibus
 osculandas præbere solitum, qua
 cerdotum honoris causa manus
 lari consueissent, nam se aliquando

-orqi

M

reli

ni sacer est, omnes quicunq̄ue colligium nostrum inuisent, & pro Ecclesia necessitatibus, atque temporibus Deo Opt. Max. supplicabunt, etiam ex sanctæ Virginis coitione hac, & dalitio non sint, peccatorum plenarremissionem consequentur: habet ciuitas hoc iubilæum ab ipsa congregatione parthenica. Equidē quocunq̄ue Virginis almæ clientes se pane reficiunt, incredibili voluntate perfundor, mirè me cantus affluat, locusq̄; ipse sacer, & augustus inueniat, cereis accensis, vasis fumantibus odoremq̄e suauem afflantibus, nitente, sacello peristromatis exornato. Illi^o diei memoria ex animo de mihi non potest, quo in die Burgensium nostri collegij hospes sacrū te iube feci, & conscriptos tuos adolescentium & congregationis alumnos. panis communionē refeci, bini ad charistiam accipiendam accedentes, prælatis albæ ceræ candelis, modice verecundi, gemebundi, bene velut sonabant plūbeæ fistulæ, primarij

quis à pestilentia perseverat intactus
 quis maximis perfunctus periculo
 nuncupata vota perfoluit, quis ca-
 uis sine Mariæ Virginis opeliberatus
 quis moribundus, quis viator, qui
 naufragus, quis orbus, quis men-
 tus, quis anxius ab hac consolatio-
 matre non pendet? quis castus, qui
 patiens, quis misericors, quis sanctus
 quis sapiens, quis denique verus Chri-
 sti cultor fuit, qui non se sanctissimæ
 & purissimæ Virginis amatorem pro-
 fiteretur? Ut autem ad Deiparam
 colendam, & amandam iuuentus
 datur alacrior, exempla perficiet
 quæ nostri præceptores habere
 debent in promptu. In hoc autem
 genere principem locum tenere illa
 historia debent, quæ de iis agunt,
 in literarum studiis versantes aut
 ingenium hebetes, aut memoriam
 liviosos, aut industriam ignavos, aut
 ebrietatem ebrios, aut castitatem lib-
 eros, aut pudorem inuerecundos, aut
 religionem impij, aut leues confiden-
 tiam, aut iracundi lenitatem, aut
 sup

sapientiam, aut loquaces silētium, aut timidi fortitudinem, aut auari benignitatem, aut gulosi temperantiam, aut inuidi charitatem implorando favore Virginis habuerūt. Tu verò perge iuuentutis florem istum Virgini consecrare, strenuum, & egregium, quemque conscribere, congregationis sedem pro isto ingenio, istaq; arte versibus & picturis illustrare, congregatos & vita & oratione ad Virginis amorem, cultumq; adhortari. Vale, & me Virgini commenda, cui te credo esse charissimum.

CVIDAM MAGISTRO.

De pueris castigandis.

ACCEPI literas tuas plenas cōsiliorum, non quæ mihi dabas cū dare pro ista prudentia posses, sed quæ ex me audire cupiebas. Sic enim te abiicis, & contemnis, vt minorem cōsulas maior, & de iis, quæ tibi sint agenda, percontaris. Ad vnam illam literarum tuarum

M 4 par-

partem de castigatione puerili respiciamini
 debo, reliqua de Latinitate & sapientia vera
 tua pete à te ipso, qui excellis in vtriusque
 que, atque ita te geris, ut orationis enati-
 gantiam cum summa eruditione conueni-
 iungas. Quòd rarò à te pueros verbo cor-
 rari scribis, cum & plurimos doceas inquit
 & ut sunt ingenia puerorum, satisfacere ma-
 re omnes officio non soleant, vere & mu-
 mi pater, ut probem. Quintilianus quæ fe-
 Lib. 1. c. 4. credo; mouet authoritas, & quorum sunt.
 dam ex antiquis, sed nihil adhuc placent
 tempora, nihil ad nostrorum morum magis
 puerorum, nihil ad nos, qui & in pueris & in
 endo moderati sumus, & manu vtriusque
 mur aliena. Species te fortasse offensa & dif-
 dit, & rei figura deformior, quæ nescit. C
 vlla est interiecto velo, externòque mur i
 homine in abdito & secreto loco vtriusque
 berante, neque si vlla quandoque vtriusque
 tanti illam putem, quanti salubritatem,
 & emendationem puerorum. Nescit.
 punias quæ quotidiè pueri peccant concu-
 aut obiurgare te dicis, aut in negligenti-
 tiae subsellium tanquam in insulas vtriusque
 legare. Grauis quidè pudoris, & ignominia
 min

*Verberum
 puerilium
 salubritas
 Ecclesiasti-
 cis sancita
 legibus est*

li respiciunt: minima tortura est, sed quosdam ver-
 sapientia vera magis quam verba commouent,
 in vultu multique ita tardi sunt, stupidi que
 omnia natura, vt quam honestè sedeant, quã-
 ne cotidie ignominiosè non cogitent, sed so-
 vers verborum corporis dolore tangantur. Facies
 doceat inquis, cædatur, aut manus, quæ ani-
 mæ satisfactio & breuior tibi esse videtur,
 vere & mundior. Sed sunt quædam delicta,
 quæ ferula satis grauius puniri nõ potest
 uolunt. Quod aut de colapho significas,
 adhuc placere mihi non potest: aut enim
 magister ipse manus affert discipulo,
 & in leges peccat Ignatij, aut alterius
 manu discipuli faciem percuti iubet,
 & discipuli patrè vehementer offen-
 dit. Caret, inquis, lege necessitas, fate-
 mur ista, sed est videndum, atq; adeo
 metuendum, ne quæ ab vno pruden-
 ter, modestè, ac propè necessariò fi-
 luter, alij perperam imitando depra-
 uent. Tu egredientes, ingredientes,
 concurrentes filere cogis, atque ita
 virgam, quam sumis in manus, inten-
 das, vt neminem vulneres, cuius rei li-
 centiam cum lenitas, tum tua tibi per-
 mittit

*in Cano. ois
 beatus dist.
 45.*

*Cadi facie
 non debere
 Apostoli
 Verba sig-
 nificant
 2. Ad Cor.
 c. 11. Et hoc
 castigandi
 genus neq;
 Apostolis,
 neque san-
 ctis placet
 patribus
 Ca. episcopis
 45. dist.*

M s mittit

LIBRARIUS
 PADERBORNENSIS
 N. V.



UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN

mittit autoritas: alij, quod proclivendo
factu est, quos vel punire, vel terrem
volent, etiam cruentabunt. Et
vapulent quo solent modo nostrum
cipuli vapulare, necessariaque & in
seueritas adhibeatur: nam aliter
impunitate licentia, ex licentia
pitudo nascetur. Est enim quod
nus deceat humanitas: nam quae
suetudo quibusdam videtur, rem
animi est, & accusanda dissolutio.
posco, vt sauiat qui in Societate
gister est, det, dissimulet, praeter
tat, neque omnia pro suo iure
meminerit tamen discipulos, ex
bus multi improbi, multi petulanti
multi leuiculi, multi ignaui, multi
aleatores, multi flagitiosi & petu
sepè sunt, suae fidei eos omnes esse
missos. Quos nisi punit, castigat,
cet, domat, frangit, vrget, iners
dissolutus. Amore (sic enim ais
laude ducatur, regnet in nostris sch
benevolentia, honor dominetur
gloria, metus & pudore vincatur
Quid? tā immites inhumaniq; in

endo sumus, ut veredum sit, ne serui-
 lem timorem in scholas inducamus?
 Nemo ex nostris ad castigandum non
 inuitus accedit, nemo non cauet So-
 cietatis magister, ne non tam discipu-
 lorum errata punire, quam suum do-
 lorem vlcisci videatur. Manus verò
 propria odiosior est, quam verbera-
 correctoris. Offenduntur qui vident,
 eius porrò, qui accepit colaphum, fa-
 cies notata, & impressa relinquitur,
 nec est dubium, quin doctor ipse tur-
 pe putet, vulnere in ore puerorum
 extare vestigia, quæ iracundus impo-
 suit atque impotens, sui que, ut de
 Achille Seneca cecinit, operis exem-
 plum horreat. Sanctissimus ille Ro-
 mualdus Marino candido & syncero
 monacho vsus magistro est vitæ san-
 ctioris: à quo versus malè pronūcians
 sapissimè verberabatur in aure fini-
 stra: quo enim tempore ad religio-
 nem se contulit Romualdus, idiota e-
 rat, prauusq; & pronūciator, & lector.
 Sed errores Marinus vir quidem san-
 ctus & simplex virga acriter corrigebat,
 fini-

In Troade.

*Petrus Da-
 mianus in
 Vita S. Ro-
 mualdi.*

mobili

finistramque discipuli adulti aures rillis,
 identidem (vt diximus) vulnerab fueru
 Pertulit plagas Romualdus, sed nec cum
 sitate cogente sic affatus magistrus res,
 aliquando est, dexteram si libet, cum
 ter, auriculam percute, hæc enim non
 quam ferire soles, obsurdescit iam, stris n
 sensum præ assiduitate plagarum let. C
 amittit audiendi. D E V S bone, qu heme
 à magistro, eoque viro optimo (tal hæc
 enim fuisse accepimus) poterat mou
 feuerius? Quid rursus ab adulto, & fis h
 no discipulo mitius? cuius aures Nam
 solum præceptoris vocibus, sed etia cund
 ictibus tandiu patuerunt? Illi prou
 enim videbatur sequi sententia aut n
 qui dixit: *Si me posses docere quod ne* Ergo
non solum te verbis agentem, sed pug tradu
etiam cadentem patientissimè ferre de tiato
rem. Nunquam mi pater asper bitas
 tracto discipulos, quin me qu Mon
 lineas transfiliisse pœniteat, & vt præ
 rinus teste Petro Damiani Romua bare.
 patientiam admiratus nimiam illi man
 feueritatem mitigauit, ita me le scrib
 tas ipsa reprimat, & mansuetudo sed f

August.

Ibidem.

rilis, quæ tunc apparet, cum poenæ
 fuerunt duriores, nolo discipulos vel
 cum minimo meo errato fieri melio-
 res, proximus sum egomet mihi, cer-
 tum est ita prodesse aliis, ut mihi ipse
 non noceam. Sed bene, quod à no-
 stris nil fere in hoc genere peccari so-
 let. Cum multi celeres sint, incitati, ve-
 hementes, iracundi que natura. Et
 hæc quidem causa diuum Basilium,
 mouit, ut externos pueros à religio-
 sis hominibus erudiri non nollet.
 Nam qui genuerunt, aut nimis ira-
 cundi sunt, & liberos ad iracundiam
 prouocant contra D. Pauli præscriptum,
 aut multo quam res postulat, leniores.
 Ergo filios suos religiosis hominibus
 tradunt, ut & accusabilis indulgen-
 tia tollatur, & nimia vitetur acer-
 bitas. Nihil enim erat, quod rectum
 Monachorum iudicium in pueris
 premio poenæ afficiendis pertur-
 bare, & impedire posset. Itaque Ro-
 mani, si vera sunt, quæ Volaterranus
 scribit, liberos non domi instituebant,
 sed fratribus educandos dabant, propte-
 rea

*In regul.
Brensi.*

Ad Colof.

3.

*Lib 30. Philo-
sophia,
c. 29*

Hinc illud
est Tullij
pro M. Cae-
lio. fuit in
hac causa
pertristis
quidam
patruus,
censor, ma-
gister. Et
Horatius,
metuen-
tes patrua
Serbera
lingua.

Horat. lib.
1. Epist.

Hierony-
mus Videt.
lib. 1. de ar-
te poet.

rea quod apud illos & charitas esse
generis, & indulgentia paterna
filios abesset, quæ vitia dissimulat,
git, & perfert, & est malorum pro-
trix. Continent se, & coercent
ni magistri, castigationemque tur-
adhibent, cum sunt placabiliores,
rentur enim ne si iræ non moder-
tur, sæuiores sint in fratrum suorum
filios, (omnes enim fraterna in
sto cognatione coniungimur) in-
ctumque esse velint, dolor quod su-
rit & mens.

Dum pœnas odio per vim festinat in-
Extat perbella de hac re ad Q.
trem Ciceronis epistola, quam
diosè legere soleo, non solum ut
loquar, sed etiam ut illa faciam. Qu-
quam Societatis præceptores, &
gistri iuuentutis DEI beneficio
gulari, à quo omnia proficiscuntur
manant quæ recta sunt, tales se
præbent, quales bonus ille poeta
scripsit, cuius versus apponam, et
bi in omni literarum genere cur-
ignoti non sunt.

Si quem igitur clari formandi gloria vatis
 Digna mouet, verbis puerum compellet a-
 micis (more,
 Sape rogans, laudisq; animum pertinet a-
 Quandoquidem hunc imis postquam semel
 osibus ignem (dens,
 Implicuit, labor inde leuis sese excitat ar-
 Et tacito viuens crescit sub pectore flamma.
 Quid memorem? socium nam mos equali-
 bus annis (nus,
 Iungere, cui paribus studiis cōtendat alum-
 Emula cum virtus studiis agitareet hone-
 stis.
 Presertim si victori sua pramiam rector
 Pollicitus celeremue canem, pictamue pha-
 retram.
 Continuo videas studiis gestire legendi
 Ardentem, ac sera sub nocte urgere labore,
 Dum timet alterius capiti spectare coronā.
 At ubi spōte sua studia hęc assuerit amare,
 Jam nō laudis amor, nō illum gloria tantum
 Sollicitat, sed mira operū dulcedine captus
 Musarum nequit auelli complexibus arctis.
 Hęc nostri doctores alacriter fa-
 ciunt, libros, imagines, expiatorios
 calculos, aliaque vel pietatis, vel scien-

tia instrumenta sedulis largiuntur
 Canis, & pharetra, de quibus
 quò nobis, quos non venationis,
 eruditæ & literatæ virtutis esse
 authores? Ac ne illud quidem
 mittimus, cuius est Vida suasor,
 enim cuique discipulo aduersari
 præceptore constituitur, quem
 ci antagonistam nominant, quo
 gente calent, & feruent studia.
 autem seueritas à nostris abhorretur
 moribus, tamq; Societati inuisa
 quàm huic eidem poëtæ displicentia
 quod hi versus indicant, & hæc
 ria, quæ sequitur.

*Ille autem pueri cui credita cura colitur
 Artibus ingenuis, in primis optet amari
 Atque odium chari super omnia
 lumni.*

*Ne forte & sacras simul oderit ille
 nas,
 Imprudens, & adhuc tanta dulcedine
 pers,*

*Deficiant q̄ animi studiorum in limine
 Ponite crudeles iras, & flagra magistrum
 Fæda ministeria, at q̄ minis absistite accipere*

paulò inferiùs:

Vidi ego qui semper leuia ob commissa voca-
bat

Ad pœnam pueros, furiis insurgere, & ira
Terribilem, inuisos veluti sauiret in hostes.

Hinc semper gemitus, hinc verbera dira so-
nabant, (quis

Atq; equidem memini cùm formidatus ini-
rgeret pœnis, solitoq; immanior ille

Terreret turbam inualidã, miserabile visu.

Fortè puer prima signans nondum ora iu-
uenta,

Insignis facie ante alios, exegerat omnem

Cum sociis ludens lucem, oblitusq; timoris

Posthabuit ludo iussos ediscere versus.

Ecce furens animis multa increpat ille, mi-
nisq;

Insurgens seuo pauit antem territat ore,

Horrendum, & loris dextram crudelibus
armat.

Quo subito terrore puer miserabilis acri

Corripitur morbo, paruo is post tempore vi-
tam

Prescentem blanda cœli sub luce reliquit,

Illum populifer Padus, illum Serius, imis

Seriadesq; diu Nympha fleuere sub vndis.

N

Tem-

Tempore iam ex illo vatem cum dicitur
bentem

Phæbigena Alcides animo indignante

Vocali inuisam feriens testudine fronte

Debuerat seuos factum monuisse magis

Vos tamen ô iussi iuuenes parete regere

Imperiis, ultroq; animos submittere

Sed est cauendum, ne dum

tiam fugimus, in remissionem

damus: quare castigationis minis

accersamus eò libentiùs, quò

tiùs, ac lentiùs. Si qui à literis au

erunt, eos vrge verbis primùm,

obiurgando, rogando uè proficis

berari iubeto pro delicti ratio

Quorundam enim demissum a

ctumq; animum plagarum metus

suscitat, sunt etiam quos aselli m

ni crebrò pulsas, nil assequare. Q

dam oportet secreta esse supplicia

quia adulti puniuntur, quorum

cùm pudori, tùm maximè honori

sulendum: vel quia res eiusmodi

vt sciri non debeat. Furta, libid

obscœna colloquia, periuria,

tumelias, vinum, aleam, perc

nes, iurgia, ferri, armorumque licentiam, si & ætas ferat, & fontis patermaterue deposcat, nostri præceptores seuerè castigant. Daturq; opera, ut & qui pœnas luerunt, scelus agnoscant, & modum supplicio fuisse fateantur. Nec enim alienandi, sed curandi illi sunt, qui peccauerunt, nostraq; mens obscura esse non poterit, quæ claris argumentis signisq; lucebit.

CVIDAM BONO MAGISTRO.

De iis, qui nostros audierunt, & à virtute desciscunt, cuius amatores antea fuerant.

Tsi doleo non tuos omnes obsequi tibi, & obsecundare discipulos, multosque, qui relictis pedibus ire consuessent, ab itinere virtutis auersos regredi nolle, acerbū & triste mihi est: tamen hanc in dolore voluptatem capio, quòd eum te esse video, cui mœror iucundus sit, non modò fructuosus. Est quidem luctus iste amoris index, & charitatis

N 2 argu-

argumentum: & quia discipulos vehementer amas, ex eorum vita impro-
 ac turpi, quod malorum maximum
 est, summo dolore conficeris. Nil enim optatius tibi est, quam
 tui auditores animum seruent purum
 ab omni labe, nilque proinde tibi ac-
 dere tristius potest scelere ac flagitio
 discipulorum, neque quos magis
 pere diligas, eorum casu, lapsu
 modicè ac leuiter dolere potes: si-
 dem amor & dolor iisdem finibus
 terminantur. Sed quia amandissimus
 dus est, mœrendi finis esse debet.
 Scis charitatem nihil agere perperam
 officia non peruertere, suis se finibus
 tenere, scis nosmet nobis omnino
 proximos esse, dolore isto si contem-
 cis, teque nimis afflictas, atque angustas
 charus tibi non es, maioribusque ma-
 ra præponis. Fuerant (inquis) candidi
 & verecundi, quos defleo, longè
 virtutis, & literarum studio proce-
 rant, nihil illis modestius, nihil ama-
 lius: nunc præclara illa principia, quæ
 me multum cohortante, & laboratissimo
 posue-
 hililli-
 dunt,
 legiun-
 rumque
 tas, no-
 versat
 virtut
 labitu
 sequu
 lis qu
 ctus,
 Sint i
 est in
 Nosti
 fugit
 tes, m
 ramus
 tem,
 berna
 cand
 quæ f
 medic
 nobil
 tis Per
 suū ip
 pol

posuerant, ita sunt labefactata, vt nihil illis eisdem possit esse miserius: ludunt, potant, amant, ille verò, què collegium nostrū in primis amabat, charumq; habebat, ferebat in oculis ciuitas, non perinde vt solebat, in studiis versatur, languet quotidie magis, à virtutis semita deflectens offendit, & labitur, quocunq; it, lasciui comites sequuntur, ad summam ne de singulis querar, impudens nugator est factus, ex se uero ac serio philosopho. Sint ista vera, mi pater, vt sunt, quid est in tam acerbo dolore remedij? Nosti adolescentum ingenia, non te fugit occultas esse hominum voluntates, multiplicesq; naturas: ista referamus ad DEVM omnia contuentem, resq; nostras sapientissimè gubernantem. Ciceronis patris in educando Cicerone filio & instituendo quæ fuerit, & quanta sedulitas, nemo mediocriter doctus ignorat. Cratippo nobilissimo scientissimoq; illius ætatis Peripatetico erudiendum tradidit, suū ipse opus vt bonus artifex ppolire

N 3 non

LIBRARIJ
 P. P. P.
 P. P. P.
 P. P. P.
 P. P. P.

non destitit, Attico suo familiari *libris*
 bro per literas commendauit, Ath *num*
 nis philosophari voluit, vt discip *ribus*
 narum altrix ciuitas doctorum hon *bat: fi*
 num exemplis prodesset, quibus *tatis a*
 abundabat: libros de officiis ad *cu bono*
 dem misit, vt quem charissimum *induf*
 bebat, eius animum ad honestatem *qua p*
 decus informaret, ne quid illi de *tum se*
 ex iis quæ ad victum & cultum *spe de Pl*
 bant, diligentissimè, amantissimè *gios si*
 prouidit, libros, qui nocituri esse *Agrip*
 debantur, legere vetuit, filij *glor à tem*
 quantum in ipso fuit, consuluit, *hac su*
 que prospexit: sed tamen his *hanc g*
 auxiliis, hac vrbis & doctoris *con fectori*
 moditate, hac paterna prouidentia *ante e*
 illorum filiorum similis esse *malit palma*
 qui à claris parentibus degener *à pat*
 uerunt, quàm qui malorum vestig *ganti*
 is ingressi patrio decori nunquam *moni*
 defuerunt. Nota Ciceronis *com tate*
 nentia est, noti labores, scriptitan *Tiro*
 assiduitatem, dicendi palmam, *stuo gimu*
 perennia quis nescit? nil gula, nil *suetu*
 honestis voluptatibus indulgens *cu multo*
 lib

libris pernoctabat, horas à defensionum laboribus, senatoriisque muneribus vacuas in studiis literisque ponebat: filius quasi paternæ gloriæ hæreditatis adeundæ eadem ratio esset, quæ ad honorem, atque pecuniæ, domesticæ industriæ imitatione neglecta, sine qua patre similis esse non poterat, totum se ebrietatibus, & gulæ dedit. Crede Plinio maiori scribenti binos congios simul haurire solitum, Marcoque Agrippæ (dicam enim totidem verbis) *temulento scyphum impactum, etenim* Lib. 14. cap. ultimo. *hæc sunt ebrietatis opera. Sed nimirum* hanc gloriam auferre Cicero voluit interfectori patris sui Marco Antonio. Is enim ante eum avidissimè apprehenderat hanc palmam. Hæc Plinius. Neque solum, à patris moribus, sed etiam ab elegantia, & quod magis admiror, sermonis puritate, & linguæ proprietate desciuit, in illa enim vna ad Lib. 18. fam. mil. Ep. 21. Tironem eius epistola quædam legitur, quæ Latini sermonis consuetudo vix patitur. Non minus, imo multo magis infelix, & ærumnosus

Octavius Cæsar fuit, etsi eum Romæ terro-
 nuncupabat Augustum. Filiam & milita-
 ptes ita præpotens hic dominator fulco,
 stituit, ut etiam lanificio assuefactos con-
 vetaretq; loqui, aut agere quicquam &
 nisi propalam, & quod in diurno labat,
 commentarios referri meritò possent & con-
 Externorum aditu usque adeò potest fortas-
 hibuit, ut cum Lucio Tucinio clare facio
 primis, honestoq; iuvene grauitèr quæ n-
 literas ex postulauerit, quòd filiam sed qu-
 Baias salutatum venisset, nepotes in illis
 literas, & natare, aliq; id genus rucillim-
 menta docuit ipse per se, neque monst-
 quam cœnauit, quin vnà imò in in ante
 cto assiderent, neque iter fecit, & quid?
 aut vehiculo anteirent, aut circa domo-
 equitarent. Sed tamen hunc eundem primis
 Augustum & prole felicem, & domos, T-
 stica disciplina gloriantem fortunabilem q-
 vehementer exercuit. Siquidem hinc?
 lias filiam & neptem omnibus proles dif-
 contaminatas relegauit, Agrippæ? ?
 nepotem ob ingenium partim sordum, c-
 dum, partim ferox primo abdicauit min-
 mox non se corrigentem, sed in digelista
 terti

*Sueto. in
 Octauij
 Cæsaris
 Vita. &
 Senec. lib.
 6. de benefi.*

Romæ terriorem, seposuit in insulam, sepsit
 m& militari custodia, cavit Senatuscon-
 aator sulco, vt in eodem loco in perpetuum
 eface: contineretur. Hunc eundem Agrip-
 icquæ pam & Iulias tres suas vomicas appel-
 diurnabat, suæq; eum conditionis, prolis,
 d post & coniugij pœnitebat. Hæc exempla
 eod p fortasse contemnes, ego non minimi
 claru facio, virtus enim non illa quidem,
 aiter: quæ nos apud Deum in gratia ponit,
 liam sed quæ moralis appellatur, existebat
 potes in illis hominibus, apparebatque fa-
 us rucillimè, seque recta institutio sæpe
 eque monstrabat. Fuerint hæc infirma
 no in in antiquis, & diuinæ legis ignaris,
 cit, quid? Fons ille perennis sapientiæ Sa-
 circa Solomon, Iudas Apostolus, Nicolaus ex
 eunde primis septem Diaconis vnus, Orige-
 x domnes, Tertullianus, Hosius, innumera-
 ortant bilesq;ne alij non te stupidum deti-
 dem ment? Ex quibus magistris qui & qua-
 probles discipuli euaserint, nonne mira-
 ipparis? Reminiscere adolescentem il-
 m forum, cuius in nostra institutione me
 dicau minimus, quem diuus Ioannes Euan-
 l in d gelista amauit vehementer, vrbisq;ue
 terti
 N s illius

Lib. 1. c. 2.

LIBRARIUS
 UNIVERSITÄTIS
 PADERBORNENSIS
 IV
 12

illius, ac loci Episcopo studiosissime his pla
 commendauit: magistro de manu pir, lat
 aiunt, in manum tradidit, & tamen malef
 ex modestissimo discipulo audaci solitu
 mus factus est excursor, & latro sceler
 que omnibus ducem præbuit, loco,
 cunque viatores bonis, fortunif Deum
 euersos occidere statuisent, Q clame
 horum non portenti, monstrique & scel
 mile? Amatur ab illo discipulo, contin
 ostensa sunt secreta cœlestia, quihunc
 in Christi cœnantis sinu recubuit, mansi
 stituitur ab optimo Episcopo, an fiffim
 letur præparatio diligens, discit be & offi
 viuere, iniuriam nunquam vici hoc fo
 aurum & argentum aspernari, ab citate
 iuriosa, facinorosaque vita non m veller
 gis metu supplicij, quàm turpitudi gere, c
 ipsa deterreri, rerum omnium & fidem
 ctatorem, & iudicem timere Deum num
 locum & tempus non ad flagitium atque
 cupari, sed ad secreta cum Christo ex hu
 loquia deligere, prodesse omni homi
 neminem lædere, suis vel copiis leban
 etiam angustiis aliorum tenuitate aut m
 sustentare: tamen quasi à præceptis De

his planè aduersa didicisset, aliena rap-
pit, latrocinari, adulterare, vim facere,
maleficiis, & cæde pasci ius esse putat,
solitudinem quærit, & tenebras amat
scelerum faurices, nactus in deserto
loco, quem auro spoliare possit, ne si
Deum quidem, si superos viator in-
clamet, si gemat, si deprecetur, impias
& sceleratas manus à rapina, & cæde
contineat. Sed reuiuifce mi pater,
hunc enim lupum sanctus Ioannes
mansuefecit, perditissimum, furio-
sissimumque raptorem ad sanitatem,
& officium reuocauit. Ioannes (nam
hoc fortasse respondes) qua erat san-
ctitate, & virtute medicinam quam
vellet, faciebat, mihi morbos erit lu-
gere, quàm curare facilius. Quid? illud
idem & sanctissimum, & saluberrim-
um I E S V nomen, quo inuocando
atque appellando morbos Apostoli
ex humanis corporibus pellebant, ex
hominū animis peccata flagitiaq; de-
lebant, non licet implorare tibi? Quo
aut minus est, pbitatis in nobis, eo ma-
gis Dei sanantis & potestas & bonitas
enite.

Apocal. 3.

enitescet. Nullius desperanda
 est, nam qui ad ostium semper
 foresque pulsare non desinit, qui
 antea fuerint isti, quos luges, vbi
 stituti, quibus aut præmiis inuiti
 aut literis eruditi, quam gloriam
 qui solerent, quanta in iucunditate
 viuerent, quàm tum gauderent,
 strenuè laborabant, omnibus
 mentis admonebit, & suggeret
 que fieri poterit, quin præterita
 citatis recordatione prodigus
 ac perditus, qui patrimonium in
 uiuiis dissipauit, qui rem familiaris
 cum scortis, cum parasitis, lenoni
 que consumpsit, inops, egens,
 dicus, tandem aliquando respici
 reuifendi que boni & indulgentis
 tris desiderio teneatur. Illa etiam
 mina sparsa virtutum magnam
 bent vim ad honestatis amorem
 nouandum: nec consuetudo ante
 non iuuat, quam præstat aliquant
 isse, quàm nullam. Vt enim equi
 faciliùs capiuntur, qui vincula
 runt, quàm qui nulla vnquam sum

Lucæ 15.


tena constricti, alteros enim domitos
nam, atque oneribus assuefactos vel
vltus ipse parendi subigit, nec diu per-
cursare sinit, vel recte, quam fugientes
traxere comprehensos, captosque re-
ducimus, alteri quia domiti non sunt,
graue negotium exhibent: ita quæ
bonis artibus iuuentus studuit, etsi
malis deprauata suaseribus & corru-
pta degeneret atque declinet, tamen
de cursu temporis aliquo spatio eò se
refert, ac reuocat, vnde aut naturæ vi-
tio, aut voluntate deciderat. Nec est
alia causâ, cur qui ex Monachis facti
Episcopi deposito onere ad pristinam
quietem, solitudinemque redierint,
plurimos fuisse legamus, qui verò
cum Monachi nunquam fuissent, ele-
cti, factique antistites pontificia reli-
cta dignitate solitudinis, & curarum
plena ad priuatam & priorem vitam
remigrauerint, multo pauciores nu-
meremus. Sed in his raris Alfonso
Compostellanus Archiepiscopus lo-
cum tenere debet, qui morbis vrgen-
tibus graue illud Ecclesiæ admini-
stran-

strandæ munus sponte vltroque
 cit, cumque amici, ii que & sancti
 sapientes ne Archiepiscopatu se
 caret, identidem dissuaderent,
 nendi que authores essent, quod
 Ecclesiam illam ab eo commode
 dicerent, & ægrotum pastorem
 debilem etiam si remissior esset in
 dum, venia dignum esse affirmant
 tamen commissurum se esse negant
 Alfonso, vt vel honoris ac dignitatis
 rum cupidior, vel occasionis ob
 cœlitus relinquendi muneris per
 pli illius quidem, laboriosi tamen
 que difficilis existimator stultus
 esse videretur: vires enim & valentiam
 nem non modò voluntatem Alfonso
 fo iudice res tanta desiderat. Et
 & à Sixto Pontifice maximo, &
 Philippo rege optimo, vt sibi pri
 to esse liceret, obtinuit, liberum
 secessum maximis illis fortunis
 tulit. Fuitque in illo ocio multo
 riosior & mirabilior, quàm in negotio
 fuerat, cum tamen ita se vel ægrotum
 morbisque confectus gereret, vt

clarè cum illis agatur, qui integris viribus, & robusto corpore commissas ecclesias similiter administrant. Sed ut eò me referam, vnde, eram egressus, dubitare Franciscæ non debes, quin consuetudinis magna sit vis, multum institutio possit, eiusque loci, in quo alti educati que sumus diuinis que oblectamentis abundauimus, grata semper ante oculos imago, & figura versetur. Vale, & si me amas, hac consolatione vttere, qua in huiusmodi doloribus me ipse sustentare didici.

EIDEM DE EADEM RE.

De quibus, qui à nostris magistris eruditi pessimè viuunt.

 Præclarum amorem! defles non solum tuorum errata discipulorum, sed eorum etiam, quos ubique locorum, ac gentium Societas instituit, scelera lamentaris. Doles quorundam cupiditates diu compressas ita profundas, atque eiici, ut tolerabiles haberi non possint. Probrum castis,

Cicero pro
Calio.

castis, labem integris, infamiam bo-
inferunt, vt dixit ille quem nosti. N
fortasse defunt, qui aliorum domo
euertant, & vitam labefactent, lib
& trif
nes, supra, vina, lustra, aleam, es
re poll
num, gladiatorum licentiam comm
in tam
morare me pudet. Non ita doct
dere li
rant, nihil in magistrorum & fact
Nam q
moribus simile vnquam fuit: quoc
vitæ co
multi priusquam religiosa mil
mos est
nomen darent, modestiæ, verec
ra mi p
diæ, & continentiæ, singularis m
querun
na documenta dederant. Equidem
mo sin
multorum qui à nostris docti aliq
ac reco
do fuerint, varios & dissimiles ex
ius ait
mutationesque considerans, per
vitæ ge
tamque quorundam vitam rem
bris gu
cens neminem ferè grandiore
digitis
tisque maturæ reperio, qui non
ciam vo
cum virtute in gratiã redierit, aut
toram
tutis paulò sit factus amicior, vt
strugem
amissimus, æstus ipse adolescentiæ
nes, &
buisse, non diuini numinis ira per
franci
lisse videatur. Nam morientibus
audiui
nimam agentibus nostri patres ad
se clari
runt, naufragis, & natantibus cõf
ces, eg

nis quasi tabulam apposuerunt, lo-
 quor de viciosis, quorum finis Dei im-
 mortalis beneficio ac munere miser,
 & tristis non fuit, nec est, qui affirma-
 re possit, quemquam ex iis, quos mihi
 in tam longo annorum curriculo vi-
 dere licuit, auersum à salute periisse.
 Nam qui sanctè vixerint, & mortem
 vitæ consentaneam adepti sint, pluri-
 mos esse cōmemini. Benè igitur spe-
 ra mi pater, qui enim te nuper reli-
 querunt, ita absunt, vt sæpè tecum ani-
 mo sint, scholamq; istam respectent,
 ac recordentur. Multos se vidisse Tul-
 ius ait, qui cū delicatum, & molle
 vitæ genus non modò primoribus la-
 mbribus gustassent, & extremis, vt dicitur,
 digitis attigissent, sed totā adolescen-
 tiam voluptatibus dedissent, aliquan-
 do tamen emerferunt, & se ad bonam
 viam receperunt, grauesq; homi-
 nes, & illustres fuerunt. Plurimos mi-
 hi in franciscæ partim ipsi vidimus, partim
 audiuimus, partim legimus ciues fuis-
 se clarissimos, bonos & præclaros du-
 ces, egregios rectores, quorum cū
 O iuue-

*In oratio.
 pro M. Cæ-
 lio.*

iuuenilis cupiditas deferbuisset, ampl
 roborata iam ætate eximia virtut
 extiterunt. Dies me deficiet, si q
 dici in hanc sententiam possunt, prius
 ner exponere. Qui monachi fuissent
 qui in Societatem cooptantur, refer
 solitudines quærunt, qui ad pates
 ca peregrinantur, qui corpus que co
 ribili asperitate contundunt, & com
 tefunt, qui raram sanctitatem qui à
 se ferunt, omnes pudici, verecu ab ag
 mites, continentis, & sobrii, nis pr
 mis annis fuerunt? Possent quom
 dam sumptus, libidines, profusa
 luxuriam, æris alieni magnitudin
 nem, ambitionem, contentionem
 nem, cupiditates, inimicitias co
 memorare: quæ multis postea
 tutibus non solum obiecta, veru
 etiam esse videmus ornata. Ut si
 nimè verendum sit, ne, si illor
 errata vitæ prioris cum summa la
 coniungimus, gloriosis factis m
 lam inuramus. Honorifica eni
 gloriosa, & planè libera seruitus
 rum, qui religiosam obedientiam
 amp

complexi mundo nuncium remiserunt, tanto est prædicabilior, quanto nequiores, tetrioresque erant, priusquam se ad monasteria contulissent, omnisque illa sanctitas Deo refertur accepta, qui hominum mentes, & voluntates immutat. Atque eo magis quorundam migrationes, & commutationesque mirari debemus, qui à voluptate & libidine tanquam ab agrestibus, imperiosisque dominiis profugientes cum Christo iam vivunt, atque habitant, quòd nulla rectæ institutionis auxilia præcesserint, nec te, tuique similes contentores, admonitores, & præceptores habuerint. Nimia erat libertas, & spes impunitatis, quæ illi cebra est magna peccandi: qui nostri auditores, & discipuli fuerunt, ut paululum se à virtute disjungant, & in dubia, ac perdifficili iuventutis via quiddam offendant, cum in amentem intueor, mirabile mihi non videtur, sed fortasse agnoscent culpam, & corrigentur.

O 2 *corri-*

corrigent, utinam breui, & dum
 non enim facile mutantur, quæ
 confirmavit. Tu qua es seueritas
 ætatis perfugia nõ probas, dolori
 quæ in Deum scelera iuuentus admittit,
 nimisq; sera hæc tibi emendatio
 se videtur, quam pollicemur. Culpa
 præsertim mortiferas, & nos mihi
 consputamus, respuimus, & exco-
 mur, tantum enim dolor affert
 bent ætatis errata, ut non solum
 mus à factis abhorreat, sed etiam
 memoracionem ipsam piæ aures
 formidēt, sed quis hoc præster in
 libera cuiq; voluntas est, quam ne
 us quidē ipse pro imperio & potestate
 cogit, itaque in grauissimis hominibus
 sceleribus, flagitiisq; conuiuet, cuius
 occulta sunt, arcana, & abstrusa con-
 lia. Rem totam Deo relinquamus
 ac reseruemus, qui pro sua infinita
 pietia magistrorum imbecillitate
 re hoc solet, ne prolem iactare possent
 ut illa Niobe poetarum, quæ ut fabulæ
 fingunt, tanta progenie orbata est, quæ
 filios alienos despiciere, de suis solum
 intolentiam, & berriniam, alieni timor nocentem, enim, tē in, nisi be, vitæ p, neq; q, uit, & cetur, stro d, re per, sedes, lauda, Ioann, mo. F, Deus, piter, illa ar, quæ fi, ritate, gloria, nobil, into

intolerantissimè gloriari. Consulit etiam, & prouidet diuina bonitas saluberrimæ cautioni puerorum, quos alieno periculo sapere vult, consulit timori sancto, qui integritatis, & innocentiae custos est optimus. Sibi enim persuadere discipuli debent rectè incipiendi exiguam esse gloriam, nisi bene progrediendi, & ad finem vitæ perseuerandi laus adsit. Nam neq; qui sanctè educatus pessimè & vitæ, & moritur, hinc à nobis proficiscetur in cœlum, neq; qui à turpi magistro doctus virtutem sua sponte colere perseuerauerit, in beatissimas illas sedes non migrabit. Illa enim inanis laudatio est, filij Abrahamæ sumus, teste Ioanne Christi præcursores sanctissimo. Fructum, fructū, inquam, à nobis Deus exigit, quæ qui non ferunt, semper eterno igne conflagrabit. Vt enim illa arbor generosa habetur à nobis, quæ frugifera est, ita homines non claritate nascendi, neq; sola institutionis gloria, sed virtute & rectè factis veram nobilitatem assequuntur. Audi quid

Matth. 3.

O 3 sanctus

In Epitaph.
Nepotis.

sanctus dicat Hieronymus, cuius ha
ipsa sunt verba. *Ego carnis bona in
ma laudibus non requiram, nec me iacta
de genere, id est, de alienis bonis, cum Ab
ham & Isaac sancti viri Ismaëlem, & E
peccatores genuerint, & è regione Iepti
catalogo iustorum Apostoli voce nume
tus de meretrice sit natus. Anima, in
qua peccauerit, ipsa morietur, ergo qua
peccauerit, ipsa viuet, nec virtutes, nec
tia parentū liberis imputatur. Hęc sancti
sapiensque Hieronymus. Plantam
conferere, addo etiam irrigare mag
ster potest (quem tamen magnop
refert verè esse Christianum, vt fuit
miles procreare, & gignere possit
hęc nos extraordinaria collegimus
vt omnibus occurramus) increme
tum, & viriditatem dare non potest
quod donū, & munus est Dei. Etenim
nisi Dñs edificauerit domū, in vanū
laborauerunt, qui ædificant eam. Fuit
tasse adolescētulus ille, quē quia car
ris anteibat, præter ceteros diligebat
cuius te nunc leuitas, & inconstan
grauiter angit, si te semper audisset.*

Psal. 126.

miū sibi placuisset, arrogās, superbus,
 elatus reliquos præ se despexisset, ta-
 cito cogitationis, aut etiā aperto lin-
 guæ conuitio aliorū vitā & mores de-
 formasset. Britius scriptore Sulpitio,
 diuo Martino sanctiorem se est ausus
 nominare. Ego, inquit, in monasterio
 sum educatus, pedem porta nō extuli,
 cū religiosis hominibus vixi, tu miles
 in adolescētia, delirus in senecta falsa
 p̄ veris accipis, superstitionē, & inanes
 quāsdā præstigias, p̄ religione, pro mi-
 raculis, & visis cœlestibus habes? Vide
 qualem gratiā magistro referat, vide
 hauſtam ab stygio fonte superbiam,
 vide quantam iniuriam inferat præ-
 claræ institutioni, cuius vim se nescire
 Britius indicat: benè enim & à natu-
 ra, & à magistris informatus animus,
 & in præclaris, honeſtisq̄ue studiis ab-
 initio versatus ætatis præceptorem ha-
 bet loco parentis, magistrum hone-
 stissimè, atque honorificentissimè
 semper appellat, omniq̄ue obser-
 uantiæ genere colendum arbitratur:
 doctorem siue laudantem, siue
 obiur-

*In Vita S.
 Martini
 Dialog. 3.*

obiurgantem vno, eodemque vultu dei Pa
 aspicit, neq; committit vnquam, vt pecca
 ore, aspectuq; ipso pietatem lesisse immo
 deatur. Sed nihil est tam sanctū, quos ac
 nō violet, & perrumpat audacia, mēdine
 tam quietum & constans, quod neq; ab
 animi commotio, impetusq; per quā pr
 bet. Et vt monstrosi quidā sunt pro vir
 tus deficientes à lege naturæ, ita quālis no
 dam discipulorum quasi prodigia, ter se, i
 portenta cernuntur, fieriq; interdum pe
 solet, vt inter magistrum & discipulos
 los, parentem, & liberos tantum incautio
 fit, quantum inter nigrum & albu formic
 rectum & prauum, formosum, atq; pitern
 distortum. Britij proteruitatem, desper
 insana conuitia tulit diuus Martinus ab
 patienter, quin etiam furenti discipulis, cum
 lo precibus ab immortalī Deo sanā probis
 rem, & salutem impetrauit, seq; Bmodel
 tius ita correxit, vt Martino in Episcō reli
 patu successerit, vixeritq; sanctissimā consue
 Sunt varia hominum ingenia, suenim a
 musq; ille Deus pro sua quemq; mandit
 ra ducit, ac regit, quid enim cuique cōscier
 expediens, scit ipse duntaxat. Ex subind

ue vicij Pauli exemplo multos ex iis, qui ^{2. ad Co-}
 am, vt peccauerunt, lugeamus, precemurq; ^{rinth. 12.}
 esse immortalem Deum, cuius est scelera-
 tum, quos ad virtutem & sanctitatem à turpi-
 cia, inuidine & flagitio traducere, excita-
 uod neq; ab inferis, vt & qui resistunt, nun-
 per quã prolabantur, neq; fatuarum exem-
 sunt iplo virginum alias virtutes sectentur, de ^{Matth. 25.}
 ita qualis non laborent (quæ quia nexæ in-
 digia ter se, iugataq; sunt, secerni, seiungiq;
 inter se non possunt) & citò surgant, qui ceci-
 diderunt: sitque lapsus ipse constantiæ,
 im incautionis, salutaris verecundiæ, sanctæ
 & alba formidinis, demissionis egregiæ sem-
 m, atq; piternus admonitor. Nec verò est
 atem, desperandum emerfuros ex viciis tan-
 Martinem aliquando eos esse, qui cum mu-
 didicis, cum bonis magistris, certè non im-
 o sanis, cum verecundis sociis, cum
 neq; immodestis contubernalibus, cum castis,
 Episcopi & religiosis conuictoribus fuerunt,
 stitit consuetudinemq; iunxerunt. Vitæ
 a, sumim anteactæ candorem, animi iu-
 q; manditatem, quæ manat ex optima
 uique conscientia, bonamq; existimationem
 . Et subinde recordati verba illa Iobi san-
 ctissimi

O s ctissi-

Cap. 29.

In 3. Tusc.

In Aen. 6.

etissimi cum fletibus & lamentis
 rabunt, ac recinent. *Quis mihi*
at, ut sim iuxta menses pristinos, secundum
dies, quibus Deus custodiebat me,
splendebat lucerna eius super caput meum
& ad lumen eius ambulabam in tenebris,
sicut fui in diebus adolescentiae meae,
do secretò Deus erat in tabernaculo meo
 Sit hæc bone pater epistolæ clausula
 hic enim te credo, delectabit epistolam
 gus. Et quoniam, ut ait Tullius, *Don-*
 tum animi prouisio, præparatio
 potest, ad dolorem minuendum,
 sint tibi omnia meditata. Est enim
 præstantis, ac diuinæ sapientiæ præ
 ptas penitus ac pertractatas humanas
 habere, nil admirari cum acciderit
 antequam eueniret, non euenire posse
 bitrari. Quæ admonitio cum ad
 nia, tum maximè ad has puerorum
 leuitates æquo animo ferendas maxime
 me prodest. Est enim, ut idem loco
 Tullius, causa difficilis laudare præcio
 rum. Liber quidem non extrat, præter
 est habenda fides Seruio, qui Tullius, mi
 esse confirmat, cuius ætate plures sententias
 gebant

gentis gebantur Ciceronis libri, quàm no-
 iibi tr. tra. Vale, & extinctos filiolos ita de-
 secun. plora, vt memineris esse mortales. *1. Reg. 16.*
 e, qu. Esti alia mors est ista, quam defles.
 out m. Vinam Saulis confors nemo istorum
 a ten. sit, quem vetet lugere Deus, vt nec
 ee, q. misericordia, nec beneuolentia istius-
 aculo modi mortem prosequi liceat, vtinam
 elau. qui nos afficiunt, atque angunt, illius
 bit ep. adolescentis similes sint, qui ad Chri-
 lius, ti Domini vocem reuixit elatus, red- *Luce 7.*
 ratio. ritusque matri est, quæ se lachrymis
 lum, onfictabat.

CVIDAM MAGISTRO.

De generosis discipulis aptè regendis.

RINCIPIBUS placuisse viris *1. Epistola*
 non vltima laus est, vt Venu-
 sinus venustè poëta dixit: Tu-
 as ma. te gratum esse discipulis summo
 idem oco natis, qui neque veritatem arti-
 are p. cio tegas, neque obiurgationem
 extat, oratermittas, cum arguendi tempus
 ui T. est, mirabile mihi non est tuam pru-
 blurentiam agnoscenti. Et nimirum,
 geb. hæc

hæc est illa nostra prædictio, fore quo pu
 optimates suos tibi liberos fami esse sua
 hæredes maximarum erudiendos max fili
 derent, eorumq; cùm voluntati, re coge
 expectationi te pro isto ingenio, tici luc
 prudentia satis esse facturum. Entraba
 dem vt in publica gymnasia nobi la publ
 mi adolescentes, etiam si ad eos cuius d
 ditas vniuersa pertineat, ventita no cu
 semper optaui. Nostrorumq; dmitatu
 starum, ac principum iudicium ram no
 siui, qui domestico præceptore mino
 tenti filios, quorum multi ingenio erubesc
 simi essent, in vmbra discipul mus Ca
 tenebras inclusos clara luce priuar puerur
 mentisq; aciem tanquam gladiu stros v
 vagina reconditū hebescere sine sticos i
 paternæ namq; prouidentia est micun
 re, ne filij ocio corrupti domestico que spe
 ciis emollescant, gloria careant, Scholan
 artes alit, magistros non audiant bus be
 ditos, & bonos, lucernam sub mo rex ad
 abscondant, quæ esse in candelâ quit, g
 debet, præceptores non interro tici no
 monitores non habeant, cum Moncl
 scipulis de re literaria non disce nihil se

Luca 11.

quo pugnandi genere nullum potest esse suavius. Ergò Imperator Pertinax filium in publica gymnasia venire cogebat, & in Gniphonis Grammatici ludum literarium Tullius prætor intrabat. In Parisiensi quidem schola publicus sæpè auditor est magni aliius ducis filius, regis cognatus magno cum nobilium adolescentum comitatu, qui eius exemplo permoti veram nobilitatem esse ducunt, nihil omnino in officio, & literaria palæstra erubescere. Ipseq; Rex Christianissimus Caroli noni fratris filium egregia puerum indole inter conuictores nostros versantem semel inuisit, scholasticos inter se commisit, magnaq; animicum voluptate omnia ad finem usque spectauit. Cùm verò sub finem scholarum pueri omnes positis genibus beatam Virginem ritè salutarent, Rex ad nostros conuersus quæ Deo, inquit, gloria sit, scholastici vestri hæretici non erunt. Ioannes Mendozius Monclarensis marchio dignissimus nihil se de tanta illa claritate amisisse gloria-

Herodianus in Vita Pertinacis. Suetoni. de Grammati. illustrib.

Hac ita Ioannes Antonius Valtrinus in literis annis 1582.

gloriatur, quòd meus sit discipulus, iam quòd
 auditor assiduus: de cuius peracriterum p
 iudicio, moribus suauissimis, ingloria, du
 mirabili aliud fuerit commemoradi. E
 tempus'. Quare & tibi, & tuis est lia vac
 ditoribus gratulandum, quibus esse leni
 ista, vt de Platonice mēsis Timostoma
 aliquando dixit, non in presentia acerbi
 sed etiam in posterum iucunda, quod c
 Si quid enim adulti peccauerint, fer
 monitorē grauem & serium vel hanc ex
 bunt, vel certè timebunt. Eucpletem
 enim sèpè solet, vt cunctantibus, p
 disq; parētibus audeat fortis magis pectan
 & verus, detq; sana consilia discipul
 Quid enim timeat, q̄ nil humanam mū
 cedis sperat? quid offendit, qui se p̄ gant
 denter insinuat? quid non impet
 adipiscatur, obtineat, qui vt impet
 ret & gratis, & propter Christū doct
 do perfecit? Verbera p̄adagogo natura
 quis, institutionē, doctrinā, admōij qu
 tionē, reprehensionē, eamq; non tebit
 gis vtilem, quàm & cautā & tempore
 uam tibi duntaxat assumis: in quopum
 hementer laudo consilium, prūquam

*Cicero in s.
Tuscul.*

capitulumque demiror. Illi enim, quorum possessionibus antiquior est gloria, ingenia, ducendi magis sunt, quam trahendae memoriae. Et quia tua conuitio, & contumelia vacare solet reprehensio, tantaque cunctis lenitate & lepiditate es, ut vel in stomacho rideas, obiurgationisque acerbitate laudis dulcedine condias, tanta quae quod dicis accipitur, memoriae traditur, sensibusque mandatur. Ipsum autem vel heremum ex asse heredem, nobilem, locum Eupletemque primigenam, solamque volubus, optatis & gloriae mercedem, à literis expectantem (etsi alius verae sapientiae discipulus praestantior est fructus) quid potissimum docere debeas, literis ad me eligi se gaudeo scriptis percontaris. Cuius rei impedit facilis responsio est, ista enim in eius, impedit qui audit, ingenio, & natura sunt potentia. Quare videndum tibi est, quod ferat ingenio natura quemque; & ad id, unde se ingenio quasi flatus ostendit, vela dare oportet; non debet. Illud tamen praecipere vniuersum potest, quod virorum facile principum commune est, Latinam linguam ut calleant, historiam cognoscant, versus

versus pangant, qui & possunt, & in pri
 lunt. Sed Mathematicis nil commi prore
 dius, nil etiam esse potest illustri ipsa su
 Sed metiendi, ratiocinandi, astron area n
 cognoscendorum & vtilitate & que dic
 cessitate huius artis terminandus um cum
 modus, nec illa attingenda pars, mult as
 temere futura perscrutatur, & libe quid de
 hominum actiones præuenire nõ in Neb
 bitat. Quæ enim in hoc genere fuit, &
 duntur, & impia, & incerta sunt tur ux
 proinde Christianis esse debent in mo sua
 sa. Sit etiam curæ pietas, sit religio ium cr
 misericordia, sit humanitas. Ex casq, el
 stolis diui Augustini ad Bonifacius pas
 te authore multa condiscant, Hic mina.
 nymi Oforij librū de institutione quod op
 gis diligenter euoluant, Seneca hil noc
 goediam, quæ Octauia inscribitur, theus. e
 rint. Pauli Manutij auream illam bitu ab
 stolam, ad Fabium Stellam, quæ ronyn
 pit, agnosco tuis in literis, quotidie stituer
 legant. Exempla collige, quibus le, cui
 usmodi discipuli & ad virtutem, mirar
 rem benè gerendam, continend docto
 in officio populos erudiri possint, sint,
 in

*Lib. 2. epi-
 stol.*

in primis magni illius Nebridij scri-
 ptore & teste Hieronymo, cuius hæc
 ipsa sunt verba: *Erat vir quidam in Cæ-*
sarea nomine Cornelius centurio cohortis,
quæ dicitur Italica, religiosus, & timens De-
um cum omni domo sua, faciens eleemosynas
multas plebi, & orans Deum semper. Quid-
quid de illo dicitur, hoc nomine commutato
Nebridio meo vindico. Hic religiosus
fuit, & amator pudicitie, ut virgo sortire-
tur uxorem, sic timens Deum cum omni do-
mo sua, ut oblitus dignitatis omne confor-
gium cum monachis haberet & clericis, tan-
taq; eleemosynas faceret in populis, ut fores
pauperum ac debiliu[m] obsiderent exa-
mina. Certè sic semper orans Deum, ut illi,
quod optimum esset, eueniret. & infra. Ni-
hil nocuit militanti paludamentum, & bal-
theus, & apparitorum cateruæ: quia sub ha-
bitu alterius alteri militabat. Hæc Hie-
ronymus. Plutarchi liber ille de in-
stituendis liberis à tuo legatur Achil-
le, cuius tu Phœnix es: eo enim lecto
mirari desinet multa sibi à Christiano
doctore præcipi, quorum simillima
sunt, quæ Plutarchus adolescentibus
 P facien-

*In epist. ad
 Salutnam.*

LIBRARIUS
 P. 225
 S. 12

facienda præscripserit. Institutionem
 genua, liberalisq; sit, & illorum præ-
 pria, quos doces. Quos ego feliciter
 puto Alexandro, qui Aristotelem disci-
 ptorem habuit, Alcibiade, & Critone
 qui Socratem, Pericle, qui Anaxagoras
 ram Clazomenium, Dione, qui est
 institutus à Platone, Timotheo, qui
 Xenocrates erudiuit, Agesilao, qui
 Xenophontis auditor fuit, Philone
 qui Tarentinum Architam audiuit,
 Epaminonda Thebano, qui Lycurgum
 operam dedit. Cæcos enim cæcitate
 xerunt, & in perpetuæ mortis viam
 quasi baratrum inciderunt: tu vero
 istis tuis discipulis dogma salutis
 ponis, directumq; in coelū iter ostē-
 dis. Tu quidem aspice in Christum
 cui si placere studebis, omnia ex
 mi sententia cadent. Ex euentis pe-
 dere noli, ad nos enim illa non pe-
 nent, quibus causam nullā attulimus.
 Non enim Lactantij nomē obscurum
 Crispi mors violenta, quem Constanti-
 tini magni filium à Lactantio præ-
 rē institutum immerentem Constanti-
 ni

tinus pater occidit. Quæ iniustissima
nex, vt Constantini decora per tot an-
nos domi, forisq; incredibili cum ho-
minû admiratione quæsitâ corruptit,
ita Lactantij Firmiani institutione &
disciplinâ decorauit. Nam Constan-
tini constans fama est iracundâ illam
fuisse libidinê domestici doloris pu-
niendi. Crispû enim, qui se bello Li-
ciciano perstrenuè gesserat, in Italiâ
precurrente verbis Faustæ vxoris im-
pulsus in oppido Istriæ Pola cõprehē-
di, & siue ferro, siue, vt quidâ prodide-
runt, veneno perimi iussit. Fausta enim,
vt nonnulli scribunt, insano adolescētis
amore capta, cùm ad stuprû pellicere
castissimû iuuenē nō potuisset, furore
percita ipsum ad patrē detulit, q̄ etiâ
Phedrâ fecisse fabulę ferunt, quę Hip-
polytû priuignû frustra tentatû, apud
patrē mendacissimis verbis accusauit.
Alij tradūt, Faustâ affectati, appetitiq;
regni crimine priuignû obruisse veri-
tâ ne Cōstantin⁹ Crispû & egregia in-
dole cõmēdatû, & reb⁹ p̄clare gestis ce-
lebrē suis filiis etiâ tû pueris anteferet.

Vale, & timere desine, etsi enim Scenam te esse multi confirmant, tamen Neronem negant istum esse, quod doces. Quippe quem Theodosij principis verè Christiani simillimum fore dicunt, teque tui laboris vberissimi fructus percepturum sperant. Libenter tibi in huius epistolæ calce duo exempla narrare, quorum alterum quanta sit vis honestæ institutionis regum ac principum liberis indicat, alterum, quam magna sit in eisdem viciosa educationis pernicies, & per se ostendit.

IOANNES LONGVS VIR EGREGIUS, atque eruditus magister filiorum regis Poloniae Casimiri, quo Stanislaus Orichouius oratione funebri in laudem Sigismundi Augusti regis hęc his verbis.

NON erant auditi in Longi versus impudici, non cantus, symphonia turpis, quæ aculeis vitia incenderent ad vicium inuen-

mentes. Nunquam ibi visi sunt turpiloqui, nunquam ebriosi, nunquam mimi, nunquam amore, vino, & mendacio corrupti histriones: denique nunquam illa diis irata, quam Itali appellant, Mascara. Nilq̄ earum rerum omnium, quarum imitatione, atq̄ consuetudine in vicium labitur iuuenilis etas: talisq̄ fit, quales sunt ij, quorum conuictu letatur. Quare aures illorum regum ab auditu, oculos à conspectu talium flagitiorum diligenter fidelis magister continebat. Libri apud illum à regibus illis pro Mascaris tractabantur, viri boni ac moderati pro histriombus cū regibus illis versabantur. Parsimonia vitæ, morū reprehensio malorum, virga, atq̄ plaga ad ministra illius institutionis erant. Memini me audire de nostris senibus Casimirum dicere solitum nullum se acroama audire suauius, quàm eiulantem, ac virga cesum ab illo magistro filium. Itaque cum magnarum rerum cupiditate monitore Ioanne Longo incenderetur assiduè præclara illa ad virtutē indoles, videtis quos fructus maturitate sua postea tulerit. Quid enim aliud causæ putatis esse, quòd omnes vicinæ gentes, atq̄ nationes ad Casimiri domum,

mum, quasi ad Philosophi scholam concurrerent? Vnde non solum reges regnandi, etiam magistros bene viuendi peterent. Nulla fuit alia, nisi ipsius institutionis ratio. Hac enim impulsus sunt Hungari, cuius illo Vladislauum regem sibi peterent, hanc dem Bohemi adducti Ioannem Albertum expetiuerunt, ita Alexandrum Lithuanum ita Sigismundum Silesii. Hæc ille. Placuit autem dialogo 3. de legibus de Cyro & Dario pessimis filiorum institucionibus sic ait. Cyrus Persarum rex educationis negligentissimus fuit, totus in re militari: liberos enim mulieribus educandos tradidit, illa verò ipsos ita nutrierunt, ut facerentur à pueris, & qui nulla re indigerent, contentantes ne quis eis vlla in re molestus esset, aut voluntati repugnaret, pater ipse superbia pecudum copiam, & copiosa ouilium & caprarumq; cateruas & ingentes diuitias compararat: ignorabat autem eos, quibus illa vtilitas erat traditurus, non edoctos esse per suam disciplinam, id est, Persicam & suam. Persæ enim pastores erant, rei q; pecuaria delectabantur, & asperam regionem incolebant, quæ pastoribus poterat efficere robustos, & q; sub dio inco-

& tota

& totam noctem vigilare, et si castrametandum
 esset, castrametari possent: at non vi-
 dit liberos Medorum disciplinā à mulieri-
 bus & eunuchis edoceri corruptam quidem
 illam propter diuitiarum affluentiam, quam
 felicitatē appellabant. Quare tales euase-
 runt, quales existere eos necesse erat, qui ita
 essent educati. Ergò in Cyri patris mortui
 locum regno suscepto, duo superstites filij mo-
 nitionum impatientes, ac luxu disfluentes
 florentissimum regnū euertent. Primum
 enim alter alterū interfecit, ipse verò Cam-
 byses ebrietate & imperitia vecors impe-
 rium amisit. Per Medos videlicet & eum,
 qui eunuchus dicebatur, qui ex illius stulti-
 tia contemptu occasionē sumpsit regni occu-
 pandi. Itarursus ad Persas rediit imperium
 Darij, & septem sociorū opera. Et quidem
 Darius nō erat regis filius, nec delicatē à pu-
 ero fuerat institutus, ille ergò cum ad impe-
 riū peruenisset, ipsum quē septimus suscepisset,
 uniuersam ipsius regni molē in septē partes
 dissecuit, quarū ad hoc tēpus vestigia quadā
 remansere. & infra. Dario successit Xerxes
 regia rursus illa institutus disciplina, ut qui-
 dē Dario dici posset optimo iure Cyri damno

admonite Dari minimè sapuisti, enim quem
 Xerxem iisdem omnino moribus, quibus disciplina
 rus Cambysem: ille ergò ut eiusdem discipulie in
 plina cognatus & consors eadem quoque immo
 cinora edidit, eademq; infortuniorum suarum
 discrimina. Vale iterum, & hasce de fluxu
 historias tuis istis narra principibus non pe
 mea ca

CVIDAM GENEROSISSIMO, gratissimè
 tissimoq; Societatis discipulo.

Hic non potest, quàm tuorum, &
 grati, memorisq; animi confessione
 plo non modò delectatus,stantia
 etiam adiutus: etsi enim istiusmodi gratos
 premiorum nunquam me nimis perfec
 pidum fuisse mihi ipse sum confitearis ma
 qui Deum in docenda, instituenda, perco
 adolescentia spectabam, sequebatur, sunt,
 providebam, tamen obiiciebatur tamen
 terdum animo metus humanos calculati
 reputanti, dolor, agritudoque nequi te
 leuis quorundam ingratorum diris animo
 tatem, asperitatemque cernenti. Nequissimè
 diui Ioannis vera illa ratio, argumeta, se
 ratioq; in mentē veniebat, qui illarum te docē
 que

quem videret, audiret, cuiusq; in disciplina, ac beneficentia, vestigia quotidie incurreret, non redamet, huic immortalem illum Deum, quem mihi animè cernat, ex mente, ac sensibus effluxisse. Quæ cogitans non moueri non poteram, & illius magis, quàm mea causa dolere, quem, quia magistris esset ingratus, Deo suspicarer iniustum. Sed habenda tibi gratia est, qui pro ista nobilitate, istis & moribus, & opibus, istaque voluntatis proximè confessione, vt ne de multorum inconstantia, improbitate, peruersitate, iniulmo gratoq; animo magnopere laborem, perfecisti. Mihi quidem cum veritate magistro sæpè euenire solet, vt ita perconter, nonnè decem mundatiue sunt, & nouem vbi sunt? Naamani tamen nobilissimi, potentissimiq; curatio instar sit omnium. Illius, qui te docuit, nunquam discedit ex animo memoria, de magistro libentissimè loqueris, cuius non solum facta, sed etiam dicta meministi. Non illius doctoris interdum irati, atq; comoti,

1. IOAN. 4.

Luc. 17.

4. Reg. 5.

P s moti,

moti grauior, acerbiorq; reprehendi
 comouit, perturbauit, offendit, quod
 peccati scires experte, imo nisi ita
 iratus, fuisse peccaturum. Quare
 gratulor de isto ingenio, istis moribus
 atq; ista lenitate naturae. Te honestis
 ac nobilissimis natu parentibus
 uis, maioribus recta institutio
 formauit, atq; perfecit, & ut oritur
 facile appareat, & sese educatio
 staret, ostendat, aperiat. Qui te ob
 bat, non modò tuæ salutis, sed etiã
 riæ seruiebat, cuius te esse auidu
 Cæsare Cicero dixit, quamuis
 ens, non negabis. Theodosio Imp
 tori Ambrosij seueritas laudi, h
 riq; fuit. Non enim talis, ac tantu
 perator supplex Ambrosio fuisse
 verus Christi cultor esset, audien
 patientia sumæ fuit pietatis, & reli
 nis argumentum. Etsi alteri deb
 terq; nam Ambrosiũ Theodosiu
 cissimq; Theodosiũ nobilitauit
 brosiº, in Pótifice seueritas, in pri
 pe obedientia laudatur, nihil Am
 siũ timuisse gloriandũ est, nihil

*Pro M.
 Marcello.*

orehe doſiū repugnaffe laudabile. In Am-
 dit, quod doſiū Salomonis illa conueniunt, in-
 ſi ita auris aurea, & margaritū fulgens, q̄ arguit
 Quare ſapientē, & aurē obedientē. In Theodoſiū
 mon adit illud ex eodem Salomone, auris,
 nonne audit increpationē vitæ in medio ſapi-
 entibus tum commorabitur. Tuam bonus ille
 io ita magiſter virtutem, prudentiam, con-
 orantiam, patientiam, fidemque ten-
 tio dicit, non vt euerteret, ſed vt confir-
 e obſeruet, illuſtremque redderet. Itaq;
 d etiam gymnaſio te redeuntem mater ama-
 nidū, ac ardentius, cui famuli cuncta nar-
 nis ſiſtabant: ſeque beatam arbitrabatur,
 o Imp̄atoris filium magni hæredem principa-
 di, hæc non adulatoribus, ſed præcepto-
 antibus tradidiſſet. Tu gratus, & me-
 uiſſet, mor nullo non tēpore ac loco quid ac-
 udienſeris, & didiceris, libenter agnoſcis:
 & reſocietatēque defendis, quæ à tam
 i debent multis agitatur. In quo & ſi te ipſe
 doſiū imitariſ, propterea quod qualis quiſq;
 auit, talis eius eſſe ſolet oratio, tamen
 in præſeſtiani Luſitanorum regis ſocium
 il Am̄e eſſe lætor, & gaudeo. Cuius præ-
 hil T̄ceptor Ludouicus Gonſales Camera
 doſiū fuit,

Prover. 25.

Prover. 15.

fuit, vir & religionis, & generis *habet*, a
 præstans, multæ etiam in eo literas *in*
 erunt: de cuius obitu certum *regales*
 cium cùm Eboræ accepisset, comit *trifi*
 tumque regem quidam eius *nam*, na
 introisset, incredibili affectus *diu* vrbe
 rex quid Ludouico deberet, se *uerat*, ac
 scire dixit, prætereà neminem *summo*
 que nonnullis Gonsali in *se* m sacrum
 commemoratis, se in cubiculo *debrari*
 didit, horasque tres solus, & clau *acro* r
 fletu consumpsit. Deinde cùm *perfit*
 uesperasceret, aulam, regiasque *atus* ab
 relinquens, capite præ mœrore *bastian*
 luto in diui Hieronymi monaste *Africa*
 extra urbem secedit, vbi somni *ortasse*
 expers, atratus, gemens, solis *ludæi*
 priuans, regni que optimates *andû* c
 gressu arcens gratissimi discipuli *entes*,
 ctus est munere. Cùm verò *iuina*
 gressus ille esset, cui rex vitæ *generis*
 sa in sacro animi iudicio patefaci *omnip*
 stitiamque tantam improbasset, *onfirr*
 & mœtendi fines transfret, & *redo*,
 dinem perderet, vnum illud *quo et*
 pugnans obtinuit, aperta vt *ea* que

neris caeset, ac patens. Post quinque dies,
o litens quos in hoc luctu posuit, ad aedes suas
rtum regales ac magnificas moestus tamen
t, conic tristis remigravit. Neque hoc so-
us iniam, nam Olyssiponem veniens, qua
tus dicitur pater Ludouicus Gonsales ob-
t, se uerat, ad diui Antonij collegium adiit,
em. summoq; mane cum festus esset dies,
se m. sacrum funebre pro magistro suo ce-
iculus obrari iussit, ad finem genu inflexo
e clau. sacro rore sepulchrum Sebastianus
e cum. sperfit, eternamque illi requiem pre-
afque. atus abcessit, Hic si uiueret, quo Se-
rore. astianus tempore copias traiecit in
naste. affricam, funesti illius belli consilia
mni. fortasse fregisset. Non enim ut olim
olis se. ludæis saepè, sic nunc à Christianis cer-
aces a. andu cum inimico est: illos vel quies-
cipull. gentes, neque se loco mouentes hostis
erò. i. iuina vi perculsus metuebat, eiusque
e con. generis prodigiis, atque victoriis Deus
refaci. omnipotens rudioris gentis animos
afflet. confirmabat. Illaque Sebastianus,
& v. credo, reuocari tempora cupiebat, in
lud p. quo etsi eum fefellit opinio, propter-
ut fer. ea quod humanam industriam fides
Christia-

Christiana non tollit, tamen illo Alfonso
 umpho carere existimandus non illa vox
 quem Sebastiani proavi tot obitum affi
 gnis æternum in cœlo meruerunt bellan
 pè à nostris & paucioribus, & infam au
 oribus feliciùs pugnatũ erat, sedum pro
 tamen abstruso, abditoque coram, in
 regem summa cum lætitia natum ceret.
 timè institutum, benè de Ecclesiã adole
 ritum, optimè in nostram Societãtibus
 animatum, cælibem & sine prole præsta
 barica tela confixerunt. Qui est
 tatoribus paruisset, & quod ve
 proverbio præcipitur, lentè fel
 set, hodie fortasse viueret, regna
 libentissimo Philippo auunculo
 sideret. Tu verò Gaspar inclyte
 laudis viam esse rectissimam co
 quam tui tibi maiores tritissimar
 liquerunt. Es quidem institutio
 timè, præclaro ingenio, & quo
 publico Crasso Marci filio Tullius
 mat, sine arrogantia grauis, sine
 gnitie verecundus. Esse autem
 nè te eruditum omnibus diuitiis
 do etiam imperiis antepone.

De Bruto.

n illo Alfonso Aragonum regis tui gentilis
us ne illa vox est, principem literarum ru-
t obitatem asinum corona redimitum ap-
uerum bellantis. Itaque scientiarum studia
& infam auidè arripuit, vt librum aper-
at, sedum pro insigni gestaret, diemque il-
ne coram, in quo nil egisset, perdidisse se di-
natum eret. Fruere isto bono, generosisq;
ecclésiadolescentibus in literarū studio ver-
Societantibus pietatis Deo, magistrisque
e prolepræstandæ ducem & authorem te
Qui esse gaudeo, eoque tibi no-
uod vmine gratulor. Va-
tè felice.
regna
nculo
aclyce
am co
ssimar
ticur
& quo
ullius
is, fir
autem
liuitis
ne.



DE SA-